This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 00046768 2

1 SH3.C3
K4

STRABONIS
RERVM GEOGRAPHICARVM

LIBRI XVII.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK.

GRAECA AD OPTIMOS CODICES MANVSCRIPTOS
RECENSVIT,
VARIETATE LECTIONIS ADNOTATIONIBVSQVE
ILLVSTRAVIT,
XYLANDRI VERSIONEM
EMENDAVIT

IOANNES PHILIPPVS SIEBENKEES
PROFESSOR ALTORFINVS.

INDE A SEPTIMO LIBRO CONTINVAVIT
CAROLVS HENRICVS TZSCHVCKE,
A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS CONRECTOR ET
SOCIETATIS LAT. IENENS. SOCIVS.

TOMVS TERTIVS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.
MDCCCI.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

LECTORI ERUDITO ET AEQUO.

Etſi conſtitutum initio erat, cum de ratione edendi Strabonis antea expoſuiſſem, reliquos Tomos ſine praefatione emittere, aut breviſſima certe defungi, acceſſerunt tamen poſtea, de quibus lectores et ipſorum et mea cauſa admonendos putaſſem, ut conſilium illud abiicere non dubitarem. Erunt enim ſine dubio, qui nimis tarde et languide operam meam in hac parte verſari credant adeoque pronuntient, cum nunc demum, interpoſito trium annorum intervallo, Tomus tertius alteri ſuccedat. Quae quidem reprehenſio ſi ipſa veri ſpecie moleſtior graviorque prodeat, animi tamen ſtudiique tenacis conſcientia ita levatur, ut neminem fore exiſtimem, quin, perorata cauſa, me lubens promtusque illius culpae abſolvat. Ut enim taceam ſanctiſſima muneris officia, quorum partibus implendis nihil homini probo debet eſſe prius potiusque, cum inſtitutum operis huius curſum ſtrenue perſequerer, tanta oculis ex levi caſu iniecta eſt calamitas, ut ſubſiſtere non ſolum in

medio impetu cogerer, sed et postea Straboni omninoque Musis meis, in quorum contubernio et sodalitio otia data exhilarare soleo, non sine flebili gemitu multaque prece valedicerem. Quae cum audiisset Deus Optimus Maximus, opemque insperatam benigne misisset, nulla facta mora ad Strabonem redii, et, quantum per vires aliasque obportunitates licebat, relictam operam repetere conatus sum. In qua quidem quam rite et bene profecerim, cum exposita omnia pateant, iudicent ipsi lectores ita, ut, si quid secus et praeter rem acciderit, humaniter moneant, et meliora quaevis discendi cupidissimum edoceant. Quis enim mei similis id sibi adroganter tribuat, ut in opere tam arduo, librariorum praeterea manibus varie iactato, rerumque, quae obiiciuntur, multiplici copia referto, se nusquam a vera via aberrasse comminisci audeat?

Cum vero omnis haec ratio in diiudicando et constituendo contextu concluſa teneretur, quae ab illo consilio aliena vidissem, removenda et in aliud tempus differenda putavi, ne seorsum quaesita et ipsa re separata temere miscerentur mentemque disiicerent. In quo quidem si forte liberaliori manu iusto plura effudisse videar, id quidem feci vel codicum monitis inductus, vel a doctorum virorum sententiis invitatus, et ut singula magis inlustrarentur et confirmata statuerentur. In ipsis vulgati

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

vulgati antea textus mutationibus timidam et cautam manum admovi, nec niſi certis indiciis impulſus intuli. Lacunas fere ſimpliciter ex libris protraxi intactasque tantum non omnes reliqui, ne incerta incertioribus rependerem, aut lubricis coniecturis immergerem. In accentibus paſſim ut haererem, fecit vel editionum vaga fluctuatio, vel Grammaticorum varia inconſtantia, denique virorum doctorum in diverſas partes diſtractae ſententiae. Cum particulae encliticae, quas vocant, natura ſua et vi non niſi ad eas voces, ubi licet et datur, reiicere poſſint, quas ipſae adficiunt, etſi id interdum in proxime utrimque iunctis valere poſſit, eam etiam rationem ſequi viſum eſt. Xylandri interpretatio etſi in pluribus locis aliter conſtitui et effingi poterat, nolui tamen viri illius doctiſſimi et de Graecis literis optime meriti ingenium formamque expreſſam perire, etſi in Graecis occupatum facile paſſim aliqua effugiſſe fateor, quae mutationem exigere viderentur. Talis eſt locus lib. 9. p. 388. ſq. ubi de cauſis brevis Thebanorum potentiae quaeritur, de quo pluribus diſſeruit H. Stephanus ad Dicaearchi Geographica quaedam p. 92. ſqq. Sed iſta, ſi qua porro ſunt, alibi excutere et diiudicare licebit.

Reſtant longe graviora, quae ſine impietatis ſuſpicione praeterire non poſſum, et, quod in ſtructura argumentorum ſolet, in ultima praefa-

tionis huius parte locum ſuum ſortiantur. Nempe, quod vel ex levi adſpectu intelligent lectores, nova huic Tomo contigerunt ſubſidia, quibus ſuccinctus Strabonem adire, eumque in plurimis locis aut confirmare aut regere potui. Sunt autem ſingula haec:

1) Codicis Pariſienſis ad editionem Amſtelodamenſem a Brequignio facta conlatio, quam honeſti et de promovendis his literis bene meriti librarii liberalis ſedulitas ſumtibus ſuis comparavit et Lutetia Pariſiorum ad Strabonem, adornandum arceſſivit. Concinit is fere cum Moſcovienſi, etſi paſſim etiam modo plura modo pauciora, in primis ubi in evulgatis editionibus lacunae adparent, ſubminiſtrat. Quod quidem mirum non eſt, cum uterque ex Oriente fuerit advectus. Deſcripſit eum Brequignius in hiſtoria academiae inſcriptionum Pariſienſis Tom. 38. p. 52. et in praefatione Straboni praemiſſa, quippe ad quem Strabonis textum maxime exigere inſtituerat. Ita vero ille: Eſt, inquit, ſaeculi tertii decimi, ſcriptus in Oriente, a Mauro Cordato dono datus Sevinio, quem Msstorum conquirendorum cauſa Ludovicus XV. in Orientem miſerat.

2) Eodem honeſtiſſimi librarii ſtudio, cum votis meis omninoque literis fato ereptus fuiſſet Ruhnkenius, deſcripta ad me venerunt, quae deſideraveram, ſcholia Graeca Cyriaci Anconitani, qui

qui Gemisti Plethonis aetate vixit. Sed, quod ipso usu cognovi, exigui illa sunt, immo nullius fere ad Strabonem momenti. Cum enim sint pauca admodum, et ad recentiorem Geographiam comparata, tum maximam partem in inscriptionibus enarrandis versantur. Quam igitur spem iniecerant desiderata, eam praesentia mire deluserunt.

3) Lectiones Veneti codicis, olim Bessarionis, quem Venetum A. vocat Siebenkeesius, ad editionem Amstelodamensem diligentissime exacti. Cum enim in libro septimo subsedisset Siebenkeesii opera, nec nisi sparsim parcaque manu ex proximis libris hic illic aliqua adlevisset, ne codicis eius integra ope porro destitueretur Strabo, precibus adii *Iacobum Morellium*, cuius amplissimam doctrinam singulari comitate conditam praedicant omnes, eumque rogavi, ut funestam illam lacunam expleret, Strabonisque desideriis succurreret. Quibus ille precibus facile adnuit, nec solum proximorum librorum lectiones excerptas misit, sed et reliquorum librorum omnium spem adiecit. Cuius viri egregii liberalitatem, quam antea in Mela expertus eram, gratissimo animo ita prosequor, ut me non nisi cum vita piam eius recordationem depositurum esse spondeam.

4) Gemisti Plethonis lectiones, quae Thessaliam et insulas a Strabone enarratas complectuntur.

De-

Depromtae illae sunt ex Codice Vindobonensi studio *Weigelii*, Medicinae Doctoris experientissimi Graecaeque doctissimi, qui pro sua erga me amicitia et literarum promovendarum amore eas mecum communicavit. Notavi hunc Gemistum Plethonem B. ut a Veneto distingueretur, nec sine fructu ad aliqua Strabonis loca melius constituenda transtuli. Fruatur autem *Weigelius* meus benignitatis eius, qua etiam de Strabone bene mereri voluit, laetissima conscientia, habeatque animi mei gratissimi et deditissimi publicam hanc significationem.

Praeter illa subsidia ex codicibus scriptis recens parata adfuerunt etiam benevola studia Virorum omni doctrinae et humanitatis laude florentissimorum, *Adelungii* et *Dasidorfii*, qui lubenter instructissimae bibliothecae Electoralis Dresdensis thesauros recluserunt, ut eius opibus libere frui, si qua difficultas obiecta esset, liceret. Quem quidem favorem quo maiori cum fructu percepi, eo etiam vividiore grati animi sensu praedico.

Sed et laetissima spes proximis libris adfulget ex quatuor codicibus Mediceis proposita. Quae enim ex eorum uno in Variis Geographicis, parca licet manu, A. Gronovius adtulerat, in libro 9. deficiunt; quae alia tenuit, reliquos libros complexa, in scriniis clausa servavit, unde passim aliqua in notis ad Melam depromsit. Quod cum vidissem, ne diutius illae opes abditae laterent, et Strabonis

bonis uſibus detraherentur, inveſtigare praeſentem earum poſſeſſorem iisque potiri connixus ſum. Tum vero adparuit, ex A. Gronovii ſupellectile literaria publice divendita auctionis lege Ruhnkenii bibliothecae inlatas fuiſſe, qui cum docto cuidam viro, cuius nomen heredes ignorabant, utendas commodaſſet nec recuperaſſet, ſpes omnis modo enata plane evanuit. Neque tamen hic conquievi, ſed inde ad *Bandinium*, Mediceae bibliothecae Praefectum doctiſſimum et humaniſſimum, haec mea deſideria detuli, qui non ſolum benevole reſcripſit, ſed et pacta operae mercede pro uno codice quatuor promiſit. Atque in hoc denuo praedicandum eſt *Graeſſii* mei ſtudium in adornanda Strabonis editione conſpicuum, qui, cum id illi ſignificaſſem, parum ille cunctatus ſatis amplum pretium de redimendis illorum codicum conlationibus, quae ad reliquos libros pertinent, obtulit, quod quidem ab humaniſſimo *Bandinio* minime reiectum iri eo acrius ſpero, quo magis illorum codicum in explendis etiam lacunis praeſtantiam Ille praedicavit.

Alia ſi tenuerint viri docti literarum promovendarum fervore incenſi, ut liberaliter mecum communicent, maximopere rogo.

Errores ſi qui vel operarum incuria irrepſerint, vel correctoris acuti meosque oculos effugerint, facile excuſabit lector benevolus et ad veram rationem immutabit. Monendum tamen hoc putavi,

tavi, quod in margine aliquoties omiſſae ſunt notationes paginarum editionis Pariſienſis, quae ex ſubiectis indiciis addi poſſunt. Nempe in Tomo ſecundo

p. 344. lin. 6. huius ed. deeſt p. 296.
p. 374. lin. 4. — — p. 304.

in hoc Tomo

p. 23. lin. 7. — — p. 336.
p. 104. lin. 2. — — p. 349.
p. 211. lin. 4. — — p. 382.

Ita vero vale, Lector benevole, et conatibus meis fave.

CAROLUS HENRICUS TZSCHUCKE.

ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Ἐν τῷ ὀγδόῳ λέγει τὰ περὶ (deeſt in Moſc.) τῆς Ἐφεσίας, Μακεδονίας τὰ λοιπόμενα, καὶ Ἑλλάδα πᾶσαν· ἐν ᾗ καὶ ἐγχωριάζει διὰ τὸ πολύγνωστον τῆς χώρας, διακριβῶν καὶ αὐτοψιῶν τὰ μὲν ἀδιακρίτως καὶ ἀδιορίστως ὑπὸ τῶν ποιητῶν τε καὶ ἱστορικῶν· περὶ τῶν ταύτῃ πόλεων εἰρημένα· καὶ μάλιστα ὧν κατανόησίν τε καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως.

Cod. Ven. colore rubro haec libro octavo ſupra ſcripta exhibet, ducta quidem ex ipſa Strabonis narratione: Ἀποδώσομεν φησὶν καὶ τὰ λοιπὰ — — ἐνιαυτὸν ἐγχωριάσαντος. Poſtea verba Ἀρξάμενος, ἀφ' ἧπερ ἀπελίπομεν — μέχρι Βυζαντίου deſunt, et liber ipſe incipit: Μετὰ δὲ τοὺς Ἠπειρώτας et deinceps. De pluribus, quam alibi, in Cd. Moſcov. ſcribendi compendiis, quae non niſi ex contextu, eo tamen paſſim ambiguo, iudicari poſſunt, ut et de numeris, qui in hoc libro ſolis literis notati ſunt, cum in reliquis vocabula ponere ſoleat, monuerat in conlatione Matthaei.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBRI OCTAVI CAPITA.

In octavo describit reliqua Europae et Macedoniae, totamque Graeciam, cui quidem diutius immoratur ob regionis illius celebritatem, exquisitis diligenter et distinctis, quae minus accurate expositeque de eius urbibus dicta sunt a poetis et historicis, maximeque in catalogo aliisque locis Homerici carminis,

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ Graecia.

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

§. 1.

Ἐπεὶ δ' ἐπιόντες ἀπὸ τῶν τῆς Εὐρώπης ἑσπερίων μερῶν, pag. 332.
ὅσα τῇ θαλάττῃ περιέχεται τῇ ἐντὸς καὶ τῇ ἐκτὸς, τά τε βάρβαρα ἔθνη περιωδεύσαμεν πάντα ἐν αὐτῇ μέχρι τῆς Ταναΐδος, καὶ τῆς Ἑλλάδος οὐ πολὺ

VARIANTES LECTIONES.

1) Cd. Moscov. mutato verborum ordine ἑσπερίων τῆς Εὐρώπης.

STRABONIS GEOGRAPHICARVM RERVM
LIBER OCTAVUS.

CAP. I.

§. 1.

Jam cum sumto ab occiduis Europae partibus initio; quidquid et extero et interno continetur mari peragraverimus, barbarasque etiam omnes, quas ea complectitur gentes, usque ad Tanain, et Graeciam: nec non exiguam Macedoniae

Graecia. λὺ μέρος τῆς Μακεδονίας [2], ἀποδώσωμεν νυνὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἑλλαδικῆς γεωγραφίας. Ἅπερ Ὅμηρος μὲν πρῶτος, ἔπειτα καὶ ἄλλοι πλείους, ἐπραγματεύσαντο· οἱ μὲν ἰδία λιμένας, ἢ περίπλους, ἢ περιόδους γῆς, ἢ τὶ τοιοῦτον ἄλλο ἐπιγράψαντες, ἐν οἷς καὶ τὰ Ἑλλαδικὰ περιέχεται· οἱ δ' ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ χωρὶς ἀποδείξαντες τὴν τῶν ἠπείρων τοπογραφίαν, καθάπερ [3] Ἔφορός τε ἐποίησε καὶ Πολύβιος· ἄλλοι δ' εἰς τὸν φυσικὸν [4] τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν [5] προσελάβοντό τινα· [6] καὶ τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώ-

2) Quae praecedunt, in Cd. Pariſ. a ſecunda manu ſubpleta ſunt.

3) Aldus ex more, uti poſt, ἔφορος. Cf. ad lib. 7. p. 393. Caſ.

4) Sic omnes Mss. cum vetuſta verſione (*locum*) et edd. ante Xylandrum, qui poſuit τρόπον. Priſtinam lectionem recte revocavit Caſaubonus, ſenſu etiam comprobante. Eadem confuſio alibi ex libris, veluti apud Polybium, paſſim notatur. Sic infra in noſtro lib. 9. p. 423.

5 Ald. Hopper. προσελαβον· Xyl. nota confuſione προσέβαλον. Melius, iudice et Caſaub., προσελάβοντο. Cf. infra ad p. 385.

6) Inſerui καὶ ex Cd. Moſc. uti poſt ante verba καὶ Ἱππαρχος ex eodem τε, uti noſter in ſequentibus et alibi ſolet.

niae partem: porro nunc reliquam Graeciae deſcriptionem expediemus. Hanc primus omnium Homerus tractavit: poſt eum plures alii. Quorum quidam ſeorſum de portubus, circumnavigationibus, aut terreſtri circuitu, aliove conſimili argumento ſuum opus inſcripſerunt, in quo Graecanicarum etiam rerum expoſitio ineſſet: alii in communi hiſtoriae enarratione ſeorſum continentis terrae partium inſeruerunt demonſtrationem, ut Ephorus et Polybius. Fuerunt etiam, qui tractandis rerum naturalium cauſis, rebusque mathematicis

δώριός τε καὶ Ἵππαρχος. Τὰ μὲν οὖν τῶν ἄλλων [7] εὐδιαίτητα· τὰ δ' Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς, ποιητικῶς [8] τε λέγοντος, καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τ' ἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλά. Ὡς δ' οὖν δυνατὸν ἐγχειρητέον, [9] ἀρξαμένοις, ἀφ' ὧνπερ ἀπελίπομεν. Ἐτελεύτα δ' ἡμῖν ὁ λόγος ἀπὸ μὲν τῆς ἑσπέρας καὶ τῶν ἄρκτων, εἰς τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη καὶ τὰ τῶν Ἰλλυριῶν· ἀπὸ δὲ τῆς ἕω, εἰς τὰ τῶν Μακεδόνων μέχρι [10] Βυζαντίου. [11] Μετὰ μὲν οὖν τοὺς Ἠπειρώτας, καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς τῶν Ἑλλήνων Ἀχαρνᾶνές εἰσι, καὶ

7 Graecia.

Λ 3 Αἰ-

7) Mosc. subiicit ἐστ· Stroz. εὐδιαίτητά ἐστ.

8) Ita dedi cum Cd. Mosc. cum vulgo τε absit. Idem post scribit τὰ ἀρχαῖα. In utraque lectione consentit Paris. in priori Stroz.

9) Scrimger. ἀρξαμένῳ. Ceterum verba ἀρξαμένοις — Βυζαντίου in Paris. effluxerunt.

10) In Scrimger. praeponitur τῶ, quod saepe sit alibi in aliis libris, ut dubites, utrum in hoc nexu certam et constantem legem secutus sit Strabo, an promiscue voluerit dicere.

11) Gem. Pl. Μετὰ δὲ τούς. Stroz. Paris. Ven. omittunt μὲν οὖν.

cis quaedam id genus adsciverunt, ut Posidonius, et Hipparchus. At caeterorum quidem de scriptis facile est pronunciare: Homerica censoriam desiderant judicationem, cum poetice auctor loquutus sit, et non nostrae memoriae, sed vetusta denotaverit, quorum pleraque tempus obscuravit. Tamen pro viribus nostris eorum suscipienda est nobis explicatio, orsis ab his ipsis, in quae nostra desiit. Desiit autem ab occasu et septentrionibus progressa in gentes Epiroticas et Illyricas: ab oriente, in Macedones usque ad Byzantium. Ergo post Epirotas et Illyrios in Graecia sunt Acarnanes, Aetoli, Locri

O-

Graecia Αἰτωλοὶ, καὶ Λοκροὶ [12] οἱ Ὀζόλαι· πρὸς δὲ τούτοις Φωκεῖς τε καὶ Βοιωτοί· τούτοις δ' [13] ἀντίπορθμος ἡ Πελοπόννησος, ἀπολαμβάνουσα μεταξὺ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, καὶ σχηματίζουσά τε τοῦτον, καὶ σχηματιζομένη ὑπ' αὐτοῦ· μετὰ δὲ Μακεδονίαν, Θετταλοὶ μέχρι [14] Μαλιέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς ἰσθμοῦ καὶ αὐτῶν τῶν ἐντός.

pag. 333.

§. 2.

[1] Ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν πολλὰ ἔθνη γεγένηται· τὰ δ' ἀνωτάτω τοσαῦτα, [2] ὅσας καὶ διαλέκτους παρεισ-

12) Τὰ οἱ praepoluit Caſaubonus morem ſecutus noſtri (cf. lib. 9. p. 418.) et codices. Ita paullo poſt editiones ante Caſaubonum non agnoſcunt τε, quibus ſuffragatur Ven. Tum pro πρὸς δὲ Xylander legit πρὸς καί.

13) Moſc. ſubiungit ἐστί.

14) Moſc. Μαλεαίων, uti Μαλεῖς vulgo et ante Facium in Pauſania 10, 8, 2. Vetuſta verſio hic etiam dat *Maleos*. Venet. Μαλιέων. Sed Μαλεῖς probant alii auctores et Strabo infra lib. 9. p. 429. Ita, ſed magis incerta penultima, in Peloponneſi promontorio fluctuatur, de quo infra ad p. 362.

1) Stroz. Venet. Pariſ. Gem. Pl. cum Caſaubonn. Ἰδὲ μὲν ὧν. Caſaubonus ſuſpicatur ἤδη μὲν, quod adiuvat Medic. in quo eſt; ἴδια μὲν ὧν. Vaticani tamen vulgatam praetuliſſe videntur, quae forſitan ex correctione in Cd. Moſc. tranſiit in ἐπὶ δυσμάς.

2) Venet. Pariſ. edd. Aldi et Hopp. ὅσα, nempe quia ad ἔθνη male referrent. Poſt variatione uſitata Moſc. τεττάρων.

Ozolae, Phocenſesque praeterea, et Boeoti. Quibus in altero mari opponitur Peloponeſus, ſinum complectens, qui eſt in medio, Corinthiacum, eumque formans ipſa, viciſſimque ab eo figuram accipiens. Poſt Macedoniam Theſſali ſunt usque ad Malienſes, et alios qui extra atque intra Iſthmum accolunt.

§. 2.

Multae autem cum ſint gentes Graeciae, praecipuae tot ſunt, quot et ſermonis Grae-

ξειλήφαμεν τὰς Ἑλληνίδας· τούτων δ' αὐτῶν τέσσα- Graecia.
ρσιν οὐσῶν, [3] τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀττίδι τὴν αὐτὴν φαμέν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν [4] Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες, καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι· τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι· πάντες γὰρ οἱ ἐκτὸς ἰσθμοῦ, πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων, καὶ τῶν [5] περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωριέων, καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται· καὶ τοὺς Δωριέας δὲ ὀλίγους ὄντας, καὶ τραχυτάτην οἰκοῦντας χώραν, εἰκὸς ἐστι τῷ ἀνεπιμίκτῳ [6] παρατρέψαι

3) Ven. Paris. edd. ante Casaubonum praeponunt καί.

4) Prior interpres legisse videtur ἐκποιήσαντες· vertit enim: *in Asiam colonias deduxerunt.* Mutatio frequens.

5) Articulum omittunt Paris. et Ven. Tum Mosc. scribit Παρνασσόν. Idem alibi contra per σ simplex, ubi vulgo geminatur. Nam etiam in nostro scripturam libri incertam ferunt. Παρνασσὸς maxime in Latinis probatur, neque adeo aliter Romanos scripsisse contendit Broukhusius ad Propert. 2, 23, 13. Suadet etiam usus poetarum in metro, quod hanc formam admittit. Sed plura ad Melam 2, 3, 54.

6) Casaubonus vult μὴ παρατρέψαι, ut sensus sit, Dorienses propter adpositas causas linguam suam et instituta non facile alterius commistione corrupisse. Agnovit etiam negandi particulam vetustus interpres, dum reddit: *impermixtam*

Graeci varietates seu dialecti: nimirum quatuor. De his Ionicam cum antiqua Attica eandem esse diximus. Nam et Ionum nomen gesserunt prisci Attici, et inde sunt orti qui colonias in Asiam deduxerunt Iones, ac ea usi lingua quam Ionicam nunc appellamus. Dorica etiam eadem est quae Aeolica. Omnes enim Graeci qui extra Isthmum degunt, Atheniensibus, Megarensibus, et Dorieusibus qui circa Parnassum sunt exceptis, hodieque Aeolenses dicuntur, ac probabile est Dorienses, cum pauci essent ac solum asperrimum colerent, eo quod aliis

Graecia. τὴν γλῶτταν καὶ τὰ ἄλλα [7] ἤθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενὲς, ὁμογενεῖς πρότερον ὄντας. [8] Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συνέβη, [9] λεπτογεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν, ἀπορρήτους μὲν εἶναι, καὶ [10] αὐτόχθο-

tam perduraſſe linguam. Et ſic Xylander: *probabile — linguam ſuam retinuiſſe.* Quae quidem ſententia ad ſenſum remque ipſam videtur eſſe accommodatior. Et quis neſcit, quam ſaepe in auctoribus ea particula elapſa turbarit? Sic ante ὁμογενὲς deſideratur in edit. ante Caſaubonum. Vulgatam tamen, quam exhibent omnes libri, lectionem operoſe adſtruere conatus eſt Salmaſius de Helleniſtica cap. 7. p. 433. ſqq. et hac interpretatione declaravit: *probabile eſt — linguam perverti ſſe et alios mores et conſuetudines immutaſſe praeter reliquorum Graecorum inſtituta, quibus antea non genere tantum, ſed etiam moribus et lingua cognati et affines erant.* Atque idem eadem de cauſa in Athenienſibus eveniſſe docet. Nempe παραπείψαι eventum, non cauſam hic indicat. Senſum reddidi in ipſa verſione.

7) Pariſ. Ven. et edd. ante Caſaubonum ἔθνη. Alii libri cum Guarino ἔθη, quod recte revocavit Caſaubonus. Commutatio minime infrequens. Cf. ad lib. 7. p. 317. Verba autem ipſa καὶ τὰ ἄλλα ἤθη — ὄντας abſunt in Gem. Pl.

8) Scrimger. cod. et Moſc τοῦτο δέ.

9) Pariſ. Ven. λεπτήν γε. Gem. Pl. et editiones ante Caſaubonum λεπτήν τε. Reliqui codices λεπτογεών τε vel λεπτόγεων τε, uti Vatic. et Moſc. quod etiam probat ipſe Thucydides 1, 2. et hinc recte poſuit Caſaubonus, etſi in ed. Pariſ. et Amſtel. ω tranſiit in ων. Prius et alibi, ut p. 343. πλάων, p. 344. et ſaepius εὔγεων, et ſic alia. Cf. Heſychius h. v. ex quo altera lectio, λεπτή, poteſt intelligi.

10) Vatic. A B. Pariſ. et Moſcov. alio ordine haec exhibent: διὰ τοῦτο καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναι φησὶν ὁ Θ. κατέχοντας,

aliis non permiſcerentur, lingua aliisque moribus ab eiusdem gentis inſtitutis deſciviſſe, cuius antea pars fuerant. Quod idem Athenienſibus quoque uſu venit. Qui cum agrum tenerent tenuem atque aſperum, a nemine ſunt oppugnati, ſed pro indigenis habiti: cum (ut ait

Thu-

χθονας νομισθῆναι διὰ τῦτο φησὶν ὁ Θυκυδίδης, κατέ- Graecia.
χοντας τὴν αὐτὴν αἰεὶ μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς,
μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων· τῦτο τοίνυν
αὐτὸ καὶ τῦ ἑτερογλώττου καὶ τῦ ἑτεροεθνοῦς αἴτιον,
ὡς εἰκὸς, ὑπῆρξε, καί περ ὀλίγοις οὖσιν. Οὕτω δὲ
τῦ Αἰολικοῦ [11] ἔθνους ἐπικρατοῦντος ἐν τοῖς ἐκτὸς ἰσθ-
μοῦ, καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν, εἶτ' ἐμίχθη-
σαν, Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατα-
σχόντων, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριάς καταγα-
γόντων, ὑφ' ὧν τά τε Μέγαρα [12] ᾠκίσθη, καὶ πολ-
λαὶ τῶν ἐν [13] τῇ Πελοποννήσῳ πόλεων. Οἱ μὲν οὖν
Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν Αἰολικῇ

11) Mss. Casaubonn. Vatic. A. B. Mosc. παλαιοῦ, cuius forte in ἔθνους est explicatio. Paullo post tamen redit idem.

12) Ald. Hopper. Xyl. ᾠκίσθησαν. Casaubonus ad libros revocavit.

13) Articulum omittunt Paris. et Ven. Antea vocem Αἰγιαλὸν maiuscula litera scribendum hic esse, recte monuit Casaubonus, cum antea minuscula prodiret, et hinc a vetusto interprete et sequentibus *litus* verteretur. Cf. p. 383. Herodot. 7, 94. et Pausan. 7, 1, 2.

Thucydides) nemo eos pelleret, neque ipsorum quisquam agrum affectaret: haec igitur, ut apparet, causa fuit, cur quanquam exigua, gens tamen essent peculiaris, et suo sermone uterentur. Cum autem Aeolica gens extra isthmum invaluisset, etiam qui intra isthmum erant, olim Aeoles fuerunt, deinde mixti sunt, cum Iones ex Attica profecti Aegialum obtinerent, et ab Heraclidis Dorienses reducerentur, qui et Megara, et multas in Peloponneso urbes condiderunt. Iones quidem mox ab Achaeis expulsi sunt, Aeolica gente: et reliquae fuere in Pe-

Graecia. [14] ἔθνους· ἐλείφθη δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό, τε Αἰολικὸν, καὶ τὸ [15] Δωρικόν. Ὅσοι μὲν οὖν ἧττον ταῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις, τοῖς μὲν ὀρεινοῖς τελέως οὖσι, καὶ οὐκ [16] ἐμπεπτωκόσιν εἰς τὸν κλῆρον, τοῖς δ' ἱεροῖς νομισθεῖσι τῷ Ὀλυμπίῳ Διὸς, καὶ καθ' αὑτοὺς εἰρήνην ἄγουσι πολὺν χρόνον, ἄλλως τε καὶ τῷ Αἰολικῷ γένους οὖσι, καὶ [17] δεδεγμένοις τὴν Ὀξύλου συγκατελθοῦσαν [18] τρατιὰν περὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κά-

14) Libri Caſauboniani et hic habent πλήθυς; mei receptam lectionem praeferunt. At ex re ipſa dubitatio his verbis objicitur, quod Strabo infra p. 383. ubi de Ionum migratione denuo narrat, Aeoles ab Achaeis et contra aperte diſtinguit. Quare ea ad gloſſema abiecit Heyne in opuſculis academ. Vol. 2. p. 7. natum ex iis, quae ex ſequentibus aliquis conlegiſſet. Nec leges et inſtituta Achaeorum usquam Aeolicarum civitatium fuerunt.

15) Codd. quidam Caſaubonn. Vaticani Δωριῶν. Ven. Δωριαίων, Pariſ. Δωριαῖον, Moſc. cum aliis Δωρικὸν, quod adſtipulante nexu inſtauravit Caſaubonus, cum antea in edd. legeretur Δωριᾶν. Δωρικὸν agnovit etiam Guarinus, qui vertit *gentes — Eolica et Dorica*. Poſt Ven. τότε Ἀρκάσι καὶ Ἠλείοις. Pariſ. τότε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις. Sic et τοῖς omittebatur ante Caſaubonum.

16) Moſc. Pariſ. et edd. ante Caſaubonum ἐκπεπτωκόσιν. Poſt verba καὶ καθ' αὑτοὺς εἰρήνην — χρόνον deſunt in Ven. Bemb. et Pariſ.

17) Caſaubonn. Vatic. Ven. Moſc. Pariſ. δεδεγμένους. Sed vulgata aliorum et edd. apte facit ad nexum et ſenſum. Guarinus ambigue reddidit.

18) Pariſ. τρατιὰν, ſolemni mutatione.

Peloponneſo nationes duae, Aeolica atque Dorica. Quibus itaque minus fuit cum Dorienſibus commercii, ut Arcadibus et Eleis, quorum illi prorſus montani fuerunt, neque ſub ſortem venerunt, hi ſacri Jovi Olympio crediti, ſeorſum in pace diu vixerunt, maxime quia et genere Aeolici eſſent et exercitum recepiſſent qui ſub reditum He-

καθοδον, οὗτοι Αἰολιστὶ διηλέχθησαν· οἱ δ' ἄλλοι Graecia.
μαχτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δ' ἔτι [19] καὶ νῦν κατὰ πόλεις, ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωριζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Τοιαῦ- pag. 334.
τα μὲν οὖν τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη, καὶ ἕτως, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἀφωρισμένα. Λέγωμεν δὴ ἰδίᾳ ἀναλαβόντες, ὃν χρὴ τρόπον, τῇ τάξει περὶ αὐτῶν.

§. 3.

[1] Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν· ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἔτος τῇ παραλίᾳ χρώμενος μέτρῳ, ἐντεῦθεν πειρᾶ-

19) Καὶ desideratur in Mosc. qui et pro ἀναλαβόντες cum Vatic. dat λαβόντες. Antea ex vitio Xylander ἀφωρισμένων. Ceterum verba: Τοιαῦτα μὲν οὖν — τῇ τάξει περὶ αὐτῶν ignorant Ven. Struz. Paris. et Gem. Pletho. Neque tamen a Strabonis more abhorrent.

1) Ven. Paris. praemittunt ὅτι. Aldus, ut alibi, Κύφορος.

Heraclidarum cum Oxylo venerat: hi Aeolico utebantur sermone: reliqui mixtum ex utraque dialecto sermonem usurpabant, alii magis, alii minus ad Aeolicam accedentes. Ac fere etiamnum urbium aliae aliter loquuntur: videntur autem Dorice loqui omnes, ob Dorienſium eminentiam. Tot igitur sunt Graecorum gentes, hocque modo eorum a nobis adumbrata distinctio. Proinde singulas ordine convenienti prosequamur.

§ 3.

Initium Graeciae ab occiduis partibus constituit Acarnaniam Ephorus, quae prima Epiroticas attingat nationes. Sed quemadmodum ille oram maritimam pro mensura usurpavit, indeque ini-

Graecia. ποιεῖται τὴν ἀρχὴν, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλατταν κρίνων πρὸς τὰς τοπογραφίας, ἐπεὶ ἄλλως γ' ἐνεχώρει κατὰ τὴν Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν [2] γῆν ἀρχὴν ἀποφαίνεσθαι τῆς Ἑλλάδος· ὅτω καὶ ἡμῖν προσήκει ἀκολουθοῦσι τῇ φύσει τῶν τόπων, σύμβολον ποιεῖσθαι τὴν θάλασσαν. Λύτη δ' ἐκ τῆ Σικελικῆ πελάγους [3] περιεσοῦσα, τῇ μὲν ἀναχεῖται πρὸς τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, τῇ δ' ἀποτελεῖ χερρόνησον μεγάλην τὴν Πελοπόννησον, ἰσθμῷ στενῷ κλειομένην. Ἔστι δὲ ταῦτα δύο μέγιστα [4] συστήματα τῆς Ἑλλάδος, τό, τε ἐντὸς ἰσθμῦ, καὶ τὸ [5] ἐκτὸς πυλῶν μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειῦ

2) Casaubonn. Mosc. Vaticani γῆν ἀρχήν· reliqui τὴν ἀρχήν, quod probarunt editores omnes. Nempe γῆν, ut alibi, facile in hoc maxime nexu conversum est in τὴν, et licet γῆν abesse posse et saepe etiam a nostro omitti sciam, hic tamen melius revocandum putavi. Post idem probatum esse vidi a Dorvillio ad Chariton. 2, 2. p. 160 et 5, 1. p. 435. ubi plura huius commutationis exempla conlegit. Contra γῆς pro τῆς turbavit in Pausan. 5, 1. in. Sic γῆς et τῆς infra p. 336. commissa notantur. Tum Mosc. προσήκειν, manifesta erroris causa, et θάλατταν ex more, quamvis nec eo constante.

3) Paris. Mosc. Ven. προσεισοῦσα, quod hic aptius videtur.

4) Gem. Pl. συστήματα τῆς Ἑλλάδος παρὰ τὰ λοιπὰ τότε ἐντὸς —. Post τό, τε dedi cum Mosc. pro τότε.

5) Xylander ante πυλῶν interposuit ἀπὸ, quod non concoquit Casaubonus, qui tamen locum reliquit, qualem habet ed. Al-

initium duxit, quod existimaret ad locorum descriptionem principem esse maris operam: (alioqui enim licebat a partibus Macedoniam ac Thessaliam attingentibus Graeciae initium arcessere) ita et par est naturam locorum subsequentes, mari tanquam nota uti. Ergo mare a pelago Siculo allabens parte sui quadam in sinum Corinthiacum effundit se, quadam Peloponnesum includit, magnam peninsulam, angustoque collo continenti annexam. Sunt igitur duo Graeciae maximi complexus, id quod est intra isthmum, et quod est extra ad Pylas usque

ξειλήφαμεν τὰς Ἑλληνίδας· τούτων δ' αὐτῶν τεσσά- Graecia.
ρων οὐσῶν, [3] τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι
τὴν αὐτὴν φαμέν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε
Ἀττικοὶ, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν [4] ἐποικήσαν-
τες Ἴωνες, καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ
Ἰάδι· τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι· πάντες γὰρ οἱ ἐκτὸς
ἰσθμοῦ, πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων, καὶ τῶν [5] περὶ
τὸν Παρνασὸν Δωριέων, καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται·
καὶ τοὺς Δωριέας δὲ ὀλίγους ὄντας, καὶ τραχυτάτην
οἰκοῦντας χώραν, εἰκὸς ἐστι τῷ ἀνεπιμίκτῳ [6] παρατρέψαι

3) Ven. Pariſ. edd. ante Caſaubonum praeponunt καί.

4) Prior interpres legiſſe videtur ἐκπέμψαντες· vertit enim: *in Aſiam colonias deduxerunt.* Mutatio frequens.

5) Articulum omittunt Pariſ. et Ven. Tum Moſc. ſcribit Παρνασσόν. Idem alibi contra per σ ſimplex, ubi vulgo geminatur. Nam etiam in noſtro ſcripturam libri incertam ferunt. Παρνασὸς maxime in Latinis probatur, neque adeo aliter Romanos ſcripſiſſe contendit Broukhuſius ad Propert. 2, 23, 13. Suadet etiam uſus poetarum in metro, quod hanc formam admittit. Sed plura ad Melam 2, 3, 54.

6) Caſaubonus vult μὴ παρατρέψαι, ut ſenſus ſit, Dorienſes propter adpoſitas cauſas linguam ſuam et inſtituta non facile alterius commiſtione corrupiſſe. Agnovit etiam negandi particulam vetuſtus interpres, dum reddit: *impermixtam*

Graeci varietates ſeu dialecti: nimirum quatuor. De his Ionicam cum antiqua Attica eandem eſſe dicimus. Nam et Ionum nomen geſſerunt prisci Attici, et inde ſunt orti qui colonias in Aſiam deduxerunt Iones, ac ea uſi lingua quam Ionicam nunc appellamus. Dorica etiam eadem eſt quae Aeolica. Omnes enim Graeci qui extra Iſthmum degunt, Athenienſibus, Megarenſibus, et Dorienſibus qui circa Parnaſſum ſunt exceptis, hodieque Aeolenſes dicuntur, ac probabile eſt Dorienſes, cum pauci eſſent ac ſolum aſperrimum colerent, eo quod

aliis

Graecia. χερρονήσοις μεγάλαις, διαπεποικιλμένην ἐκ διαδοχῆς ἑτέρᾳ τὴν ἑτέραν ἔχει. Ἔστι δὲ πρώτη μὲν τῶν χερρονήσων ἡ Πελοπόννησος, ἰσθμῷ κλειομένη [9] τεσσαράκοντα σταδίων. Δευτέρα δὲ ἡ καὶ ταύτην περιέχουσα· ἧς ἰσθμός ἐστιν ὁ ἐκ [10] Παγῶν τῶν Μεγαρικῶν, εἰς [11] Νίσαιαν τὸ Μεγαρέων ἐπίνειον, ὑπερβολῇ στα-

haec cohaerent. Mosc. διαπεποικιλμένων, unde putem legi posse: κύλικες δὲ καὶ — διαπεποικιλμένη, ὧν ἐκ —. Codices reliqui vulgatam tuentur; tantum Paris. χερρονήσοις.

9) Mosc. τετταράκοντα. Paris., qui et antea μὲν omittit, literae signo μ numerum reddidit.

10) Ven. πάντων τῶν μεγικῶν. Mosc. πάντων τῶν Μεγαρικῶν, uti etiam legunt Aldus et Hopperus legeratque Guarinus. Paris. πάντων τῶν μιδικῶν, quibus deletis secunda manus superscripsit: Παγῶν τῶν Μεγαρικῶν, atque ita habent reliqui codices, primusque reposuit Xylander, qui confirmat ex ipso Strabone p. 380. ubi Παγαὶ τῆς Μεγαρίδος commemorantur, etiam aliis notatae. Poterat addere Chrestomathiam, in qua hic diserte redditur ὁ ἐκ Παγῶν τῶν Μεγαρικῶν, unde etiam hanc lectionem probaverat Leopardus in emend. 3. 12. qui tamen etiam Παγῶν τῆς Μεγαρικῆς ex Plutarcho in Pericle c. 19. legendum proponit.

11) Vitiose Aldus et Hopperus Νίσαιαν. Moscov. accentu remoto Νισαίαν, uti et Casaubonus lib. 9. p. 391. f. Ita vero variatur et alibi in auctoribus, et utroque modo legitur in Plutarcho Solon. c. 12. et Phocion. c. 15. Nempe Νισαία, ex Grammaticorum praeceptis, si adiective sumatur subintellecta voce χώρα, Νίσαιος, si absolute de urbe, ut Ἀδρήστεια et Ἀδραστία, et similia. Idem monuit de Nicaea Stephanus. Cf. Schol. Villoison. ad Homer. Il. 13, 791. et Politus ad Eustath. T. 2. p. 549. Hic igitur retinui traditum.

apprime peninsulis ita est variata ac distincta, ut una alteram identidem excipiat. Prima peninsula est Peloponnesus, isthmo clausa stadiorum XL. Altera est hanc continens, cuius isthmus a Pagis Megaricae regionis Nisaeam usque Megarense navale, a mari ad mare

καθοδον, οὗτοι Αἰολισὶ διηλέχθησαν· οἱ δ' ἄλλοι Graecia.
μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δ' ἔτι [19] καὶ νῦν κατὰ πόλεις, ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Τοι- pag. 334.
αῦτα μὲν οὖν τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη, καὶ ἕτως, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἀφώρισμένα. Λέγωμεν δὴ ἰδίᾳ ἀναλαβόντες, ὃν χρὴ τρόπον, τῇ τάξει περὶ αὐτῶν.

§. 3.

[1] Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν· ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἔτος τῇ παραλίᾳ χρώμενος μέτρῳ, ἐντεῦθεν πειρᾶ-

19) Καὶ desideratur in Mosc. qui et pro ἀναλαβόντες cum Vatic. dat λαβόντες. Antea ex vitio Xylander ἀφωρισμένων. Ceterum verba: Τοιαῦτα μὲν οὖν — τῇ τάξει περὶ αὐτῶν ignorant Ven. Struz. Paris. et Gem. Pletho. Neque tamen a Strabonis more abhorrent.

1) Ven. Paris. praemittunt ὅτι. Aldus, ut alibi, Εὔφορος.

Heraclidarum cum Oxylo venerat: hi Aeolico utebantur sermone: reliqui mixtum ex utraque dialecto sermonem usurpabant, alii magis, alii minus ad Aeolicam accedentes. Ac fere etiamnum urbium aliae aliter loquuntur: videntur autem Dorice loqui omnes, ob Dorienſium eminentiam. Tot igitur sunt Graecorum gentes, hocque modo eorum a nobis adumbrata distinctio. Proinde singulas ordine convenienti prosequamur.

§ 3.

Initium Graeciae ab occiduis partibus constituit Acarnaniam Ephorus, quae prima Epiroticas attingat nationes. Sed quemadmodum ille oram maritimam pro mensura usurpavit, indeque ini-

Graecia. βραχικῦ κόλπου, διὰ τῆς Οἴτης καὶ τῆς [17] Τραχινίας εἰς τὸν Μαλιακὸν κόλπον καθήκοντα ἔχουσα τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰς Θερμοπύλας, ὅσον ὀκτακοσίων ὄντα σταδίων. Πλειόνων δ' ἢ χιλίων ἄλλος ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ αὐτῦ κόλπου τῦ Ἀμβρακικῦ διὰ Θετταλῶν καὶ Μακεδόνων, εἰς τὸν Θερμαῖον διήκων μυχόν. Ὑπαγορεύει δή τινα τάξιν οὐ φαύλην ἡ τῶν χερρονήσων διαδοχή· δεῖ δ' ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης ἄρξασθαι, [18] καὶ ὡς ἐπιφανεστάτης.

ΚΕΦ.

17) Mosc. Τραχωνίας ex pronuntiationis ambiguitate. Sic deinceps idem Μαλιακόν. Verba καὶ τὰς Θερμοπύλας eiecit Gem. Pletho.

18) Omissis duabus his particulis Mss. Casaubonus. Vaticani, Mosc. melius, opinor, ἐπιφανεστάτης δὲ, nisi offenderit δὲ repetitum, cuius tamen exempla in nostro passim prostant, insigniora etiam, veluti lib. 7. p. 292. f. Τὸ ὡς ignorat praeterea Gem. Pletho.

tae isthmus ab Ambracio sinu per Oetam et Trachiniam in Maliacum sinum per Thermopylas porrigitur octingentorum fere stadiorum longitudine. Alius est eo stadiorum longitudinem superans, ab eodem Ambracio sinu per Thessaliam et Macedoniam in Thermaei sinus recessum tendens. Hic peninsularum succesſus ordinem nobis praescribit minime ineptum: incipiamus autem a minima, eademque illustrissima.

CAP.

πῶ [6] ποταμῶ· τῦτο δ' ἐςὶ τὸ Θετταλικόν· ἔςι δὲ καὶ μεῖζον, καὶ ἐπιφανέςερον τὸ ἐντὸς ἰσθμῦ· σχεδόν δέ τι καὶ ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ Πελοπόννησος [7] συμπάσης τῆς Ἑλλάδος. Χωρὶς γὰρ τῆς λαμπρότητος καὶ δυνάμεως τῶν ἐνοικησάντων ἐθνῶν, αὐτὴ ἡ τῶν τόπων θέσις ὑπογράφει τὴν ἡγεμονίαν ταύτην. [8] Κόλποις γὰρ καὶ ἄκραις πολλαῖς, καὶ τοῖς σημειωδεςάτοις χερ- Graecia.

Aldina, cum praeſertim nihil invarent libri ſcripti, quod et de meis adfirmo. Ipſe tamen hanc emendationem ſiſtit: μέχρι πυλῶν καὶ τῆς ἐκβολῆς τῦ Πηνειῦ. Nempe recte ſenſerat Xylander, ἐκτὸς cum πυλῶν iungi non poſſe, et male verti a Guarino, *exteriora portarum*, *id eſt Thermopylarum*. Aperte hic aliquid excidit, quod reſponderet verbis τὸ, τὸ ἐντὸς Ἰσθμῦ, unde reliquam Graeciae partem intra Iſthmum, ἐντὸς Ἰσθμῦ, notaret Eadem obpoſitio ſupra p. 321. et 331. Tum vero locus integre ſic conſtituatur: καὶ τὸ ἐκτὸς μέχρι πυλῶν — uti verbis, licet traiectis, reddidit Penzelius, vel etiam forte: καὶ τὸ ἐντὸς Ἰσθμῦ καὶ πυλῶν —.

6) Deeſt haec vox in Vatic. Pariſ. Moſc. et edd ante Caſaubonum, nec abſens valde deſideretur. Tum Moſc. cum Vatic. habet καὶ τῦτο. Idem etiam μεῖζω. At ſi ſequentia reputes et initium libri 9. huc referas, μεῖον legendum videtur, ut ſibi conſtet.

7) Moſc. τῆς συμπάσης, et antea Gem. Pletho σχεδόν δέ τοι. In ſequentibus, cum aperte ad totam Graeciam pertineant, a qua avocare videtur et ad Peloponneſum remittere particula γὰρ, ſubplevit hic aliqua verſio Penzelii. At aut obſcurius haec nectit Strabo, aut aliqua deſiderantur.

8) Moſc. κόλπος τε καί. Poſt Gem. Pletho σημειωδεςάτοις. Χερρόνησοι μεγάλαι διαπεποικιλμέναι ἐκ —. Sed et ſic laxiori nexu haec

que et Penei oſtia: id eſt Theſſalia. Sed ea pars, quae intra iſthmum continetur, maior eſt atque illuſtrior: adeoque arx quodammodo totius Graeciae eſt Peloponneſus. Nam ut omittam inhabitantium gentium ſplendorem atque potentiam, ipſe locorum poſitus principatum ei arrogat. Sinubus enim, et promontoriis, inſignibusque sp-

Peloponnesus. τὴν ἄρκτον, ὃ ἐστι τὸ ἀπὸ Ταινάρου δι' Ἀρκαδίας εἰς [4] Αἴγιον· ἡ δὲ [5] περίμετρος μὴ [6] κατακολπίζοντι, τετρακισχιλίων σταδίων, ὡς Πολύβιος. Ἀρτεμίδωρος δὲ καὶ τετρακοσίους προσίθησι· κατακολπίζοντι δὲ πλείους τῶν ἑξακοσίων ἐπὶ τοῖς πεντακισχιλίοις. Ὁ δ' ἰσθμὸς [7] κατὰ τὸν διολκὸν, [δι' ὃ τὰ προθμεῖα ὑπερ-

causam ponit in falsa Strabonis notione de sinus Hermionici magnitudine, quod non capio. In sequentibus articulum τὴν omittit. Moscov. ante ἄρκτον, et hinc in novam lectionem succedit iterum Gem. Pletho ἀπὸ Ταινάρου δι' Ἀρκαδίας, pro eo, quod vulgo ferebatur ἀπὸ Μαλιῶν δι' Ἀρκαδίας. Cum igitur libri auctoritate ad veram rationem revocari posset Strabo, ab ea eum diutius aberrare nolui, etsi et longitudinis eosdem terminos constituit Agathemerus 1, 5. et latitudinis Plinius 4, 10. s. 6. Tum vero Μαλέαν et Μαλεῶν deinceps aegre ferantur.

4) Vaticani et Mosc. male Αἰγαίων, quod vitium ante Gronovium obsidebat etiam Agathemer. c. l. Per ι noster infra cum aliis.

5) Ita Casaubonn. Vaticani, Ven. Paris. Moscov. Gem. Pletho cum vetusto interprete. Vulgo περιδρομος, quod praeluisse etiam videntur Stroz. et Bemb. certe inde ab Aldo propagatum est in omnes editiones. Equidem recepi περίμετρος, qua voce utuntur et alii in simili nexu, quo ad μῆκος et πλάτος respicitur, uti Diodor. 2, 8. Agathemer. 1, 5. — sed et noster saepius, veluti lib. 10. ubi hoc et κύκλος promiscue adhibet.

6) Ven. κατακολπίζον Δ. Sic idem sequentes numeros literis suis exprimit.

7) Haec verba ad θάλατταν usque ignorant Ven. Gem. Pl. Vaticani duo et Paris. Post διολκὸν ed. Amstel. ν male ex praecedente voce repetitum inferserat. Quae praeeunte Casaubono uncis inclusa sequuntur, aliena ab hac narratione videntur, etsi omnes libri agnoscunt.

ptentriones a Taenaro per Arcadiam ad Aegium. Ambitus est, siquidem sinus non intres, ιν ϲιϛ stadiorum, Polybio auctore: Artemidorus ϲϲϲϲ adiicit: sin vero sinus intres, ιϛϛ ιϛϛ et amplius. Isthmum, qua ma-

ὑπερπαλλοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν θάλατ- Peloponnesus.
των,] εἴρηται, ὅτι [8] τετταράκοντα σταδίων ἐστίν.

§. 2.

Ἔχουσι δὲ τῆς χερρονήσου ταύτης τὸ μὲν ἑσπέριον [μέρος] Ἠλεῖοι καὶ Μεσσήνιοι, κλυζόμενοι τῷ Σικελικῷ πελάγει· προσλαμβάνουσι δὲ καὶ τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἡ μὲν Ἠλεία πρὸς ἄρκτον ἐπιφέρουσα, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου [3] μέχρις ἄκρας Ἀράξου, καθ' ἣν ἀντίπορθμός ἐστιν ἥ τε Ἀχαϊκὴ καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, Ζάκυνθος καὶ [4] Κεφαλλη-

νία,

8) Sic dedit Caſaubonus, adſentientibus libris ſuis et nunc aliis. Nec aliter Guarinus, Aldus et Hopperus. Nempe τετταράκοντα invito Straboni (cf. antea p. 334.) obtruſerat Xylander.

1) Tamquam ſuſpectam vocem, adpoſitis uncis, notavit Caſaubonus, et abeſt ea certe a duobus Stroz. Ceteri tamen tuentur, et cum in utramque partem poſſit diſputari, reliqui.

2) Male hoc et Ἠλεία ſpiritu aſpero ſignant tres ante Caſaubonum editores.

3) Pariſ. μέχρι, uti Xylander. Idem Pariſ. cum Stroz. et Ven. poſt omittit ἐστιν. Tum Ven. Ἀχαϊκία.

4) Ante Caſaubonum ſimplici κ prodibat, quod paſſim etiam in aliis auctoribus, maxime in Latinis obſervatur, de quo ad Melam 2, 7, 91. Suadet id adeo conditoris nomen, etiam

naves per ſulcum quendam terra ab uno mari ad alterum traducuntur, ſtadiorum eſſe L dictum eſt.

§. 2.

Huius paeninſulae partem occiduam tenent Elei ac Meſſenii, et Siculo mari alluuntur. Sed et utrinque in alteram oram porriguntur hi. Nam Elis verſus ſeptentrionem flectitur et initium Corinthiaci ſinus usque ad Araxum promontorium, cui in maris opponuntur altera parte Acarnania et ante eam ſitae inſulae Zacynthus, Cephallenia,

Peloponneſus. νία, καὶ Ἰθάκη, καὶ Ἐχινάδες, [5] ὧν ἐστι καὶ τὸ Δουλίχιον· τῆς δὲ Μεσσηνίας τὸ πλέον, ἀνεῳγμένον πρὸς νότον, καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, μέχρι τῶν καλουμένων Θυρίδων πλησίον Ταινάρου. [6] Ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν Ἠλείαν [7] ἐστὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος πρὸς ἄρκτους βλέπον, καὶ τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ παρατεῖνον· [8] τελευτᾷ δ' εἰς τὴν Σικυωνίαν. Ἐντεῦθεν δὲ Σικυὼν καὶ Κόρινθος ἐκδέχεται μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ. Μετὰ δὲ [9] τὴν Μεσ-

etiam in numis, et teſtimonium inſcriptionis apud Reineſ. 3. 85. At duplex praecipiunt omnes ſcripti, et Euſtathii monita ad Homer. Odyſſ. 1, 105. p. 26, 49. Baſil. et ad Dionyſ. v. 431. Cum igitur in diverſum ſcriptura agitari poſſit, uſus tamen in alterum magis inclinat. Tum in multis diſcrepant paullum conditorum et locorum nomina, de quo vid. infra p. 380. f. de *Tenne*. Ceterum Pariſ. ſcribit Κεφαλλανία non ſine ſociis exemplis. Et ſic apud Reineſium c. l. per α, nempe ex diverſa dialecto.

5) Verba ὧν — Δουλίχιον non habet Gem. Pl. In Pariſ. ſcribitur Δουλίχιον, et poſt in Stroz. ἀνεῳγμένα.

6) Locus varie mutilatus in libris. Stroz. Ven. Pariſ. Gem. Pl. Μετὰ δὲ τὴν Ἠλείαν. Vatic. Ἑξῆς .... μὲν τὴν Ἠλείαν. Moſc. Ἑξῆς .... τὴν Ἠλ. quod ſpatium vacuum recentior manus expleverat verbis δὲ μετὰ, uti inde ab Aldo etiam nunc legitur.

7) Deeſt in Ven. Pariſ. et Gem. Pl.

8) Gem. Pl. τελευτῶν, ut artius cum praecedentibus cohaereret.

9) Articulum Ven. non agnoſcit.

ſenia, Ithaca, atque Echinades, quarum una eſt etiam Dulichium. Meſſeniae maior pars verſus auſtrum patet ac mare Africum, usque ad Thyrides Taenaro vicinas. Deinceps poſt Elidem Achaeorum incolit gens, ſeptentrioni obverſa, et propter Corinthiacum ſinum usque ad Sicyoniam porrecta. Sequitur Sicyon et Corinthus usque ad iſthmum. Poſt Meſſeniam eſt

ΚΕΦ. Β.

Peloponnesus.

§. 1.

Ἔστι τοίνυν ἡ Πελοπόννησος ἰσοπλεύρῳ φύλλῳ πλατάνου τὸ σχῆμα, [1] ἴση δὲ σχεδόν τι κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος, ὅσον χιλίων [2] καὶ τεσσαρακοσίων σταδίων· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Χελωνάτα διὶ Ὀλυμπίας καὶ τῆς Μεγαλοπολίτιδος ἐπὶ [3] Μαλέαν· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ νότου πρὸς τὴν p. 335.

1) Τὸ δὲ abest a Strab. Mosc. et Gem. Pl. qui et scribit σχεδόν τοι, ut supra, et Moscov. lib. 10. p. 451.

2) Καὶ aberat ante Casaubonum. Tum Mosc. exhibet, ut alibi, τετρακοσίων. Ven. υυυ.

3) Vulgo τὸν Ἰσθμὸν, uti, excepto Gem. Pleth., omnes codices, tantum Mosc. Ven. sine articulo. Recte in eo haesit Xylander, quia linea a Chelonata, Elidis promontorio, ducta per Megalopolin Arcadiae versus orientem nec posset, nec debeat, in isthmo desinere, si quis Peloponnesi latitudinem emetiri velit: immo consistet illa ad Scyllaeon in oriente, aut saltem ad Inachi ostia. Quod cum propius accederet ad formam verbi vulgati, coniecerat ille ἐπὶ τὸν Ἴναχον, neque tamen recipere ausus est. Reddidit vero in interpretatione Germanica Penzelius, dum melius adferretur. Succurrit igitur obportune Gem. Plethо, et Straboni errorem insignem eximit, dum dat ἐπὶ Μαλέαν. Nihil enim huc valet, quod vult Casaubonus, Strabonis sententiam esse, Isthmum Peloponnesi ei esse ad orientem. Mirum, quod Gosselin Geographie des Grecs analysée p. 82. haec simpliciter et sine monito dimittit, etsi post p. 84. cau-

CAP. II.

§. 1.

Forma Peloponnesi folio platani similis est, longitudine ac latitudine propemodum aequalibus, stadiorum circiter CIↃ CCCC. Scilicet ab occidente versus orientem a Chelonata per Olympiam et Megalopolitidem ad Maleam; a meridie autem versus se-

Peloponnesus.

καλοῦσιν· ὧν τοὺς μὲν ἡ Λιβυκὴ, τοὺς δ' ἡ Κρητικὴ [5] θάλασσα πληροῖ, καὶ τὸ Μυρτῶον πέλαγος· [6] τινὲς δὲ καὶ τὸν Σαρωνικὸν πόρον πέλαγος ὀνομάζουσιν. Μέση δ' ἐστὶν ἡ Ἀρκαδία, πᾶσιν ἐπικειμένη, καὶ γειτνιῶσα τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν. Ὁ δὲ Κορινθιακὸς κόλπος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῶ [7] Εὐήνου, (τινὲς δέ φασιν Ἀχελώου τοῦ ὁρίζοντος [8] Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς) καὶ [9] Ἀράξου. Ἐνταῦθα γὰρ πρῶτον ἀξιόλογον συναγωγὴν [10] λαμβάνουσι πρὸς ἀλλή-

5) Mosc. θάλαττα, ut saepe alibi.

6) Absunt haec ad ὀνομάζουσιν in Gem. Pl.

7) Xylander vitiose Εὐνήνου. Antea Ven. ἐκβολῶν neglecto articulo, quem contra praeponit cum Paris. et Mosc. voci Ἀχελώου.

8) Dedi et hic praeeunte Mosc. cum accentu circumflexo, de quo monui supra ad lib. 7. p. 325. Sic Ἀθαμᾶνες, Ἀβιᾶς et similia. Post Mosc. et Vaticani τοὺς Αἰτωλοὺς ferunt.

9) Vatic. Mosc. τοὺς Ἀβράξους. Paris. Ven. Ἀράξους, uti edd. Aldi et Hopperi. Nempe praecedentibus inducti populum putabant, et hinc Guarinus vertit: *Etolos separat et Araxos.* Xylander verba ad veram rationem revocavit, quam et adiuvant codices. Cf. ad p. 337. Gem. Pl. fic: Ἀράξου ἄκρας· ἐντεῦθεν γὰρ pro ἐνταῦθα, quae particulae etiam alibi commutantur uti lib. 6. p. 278. in Mss. Siebenkees., etsi nihil ille notavit, etiam meis, Paris. et Mosc. Est ubi in utramque partem disputari possit, uti apud Latinos de particulis *hic* et *hinc*, quod fit saepe in Mela.

10) Venet. πρὸς ἀλλήλας λαμβανῦσαι. Ultima vox etiam sic in Paris. qui praeterea deinceps omittit *al* et pro τελῶν scribit τελέον.

dicunt: horum alios Africum, alios Creticum et Myrtoum maria implent. Sunt, qui Saronico etiam maris nomen tribuant. In medio est Arcadia, omnibus imminens et propinqua reliquis gentibus. Corinthiacus sinus incipit ab Eueni ostiis (vel, ut alii volunt, ab Acheloi, qui Acarnanas ab Aetolis dividit) et Araxo. Ibi enim utrinque litora ad se notabiliter invicem inflectun-

ὑπερπελλοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν θάλατ- Peloponταν,] εἴρηται, ὅτι [8] τετταράκοντα σταδίων ἐστίν. nesus.

§. 2.

Ἔχουσι δὲ τῆς χερρονήσου ταύτης τὸ μὲν ἑσπέριον [μέρος] Ἠλεῖοι καὶ Μεσσήνιοι, κλυζόμενοι τῷ Σικελικῷ πελάγει· προσλαμβάνουσι δὲ καὶ τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἡ μὲν Ἠλεία πρὸς ἄρκτον ἐπιφέρουσα, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου [3] μέχρις ἄκρας Ἀράξου, καθ' ἣν ἀντίπορθμός ἐστιν ἥ τε Ἀκαρνανία καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, Ζάκυνθος καὶ [4] Κεφαλλη-

νία,

8) Sic dedit Caſaubonus, adſentientibus libris ſuis et nunc aliis. Nec aliter Guarinus, Aldus et Hopperus. Nempe τεττάκοντα invito Straboni (cf. antea p. 334.) obtruſerat Xylander.

1) Tamquam ſuſpectam vocem, adpoſitis uncis, notavit Caſaubonus, et abeſt ea certe a duobus Stroz. Ceteri tamen tuentur, et cum in utramque partem poſſit diſputari, reliqui.

2) Male hoc et Ἠλεία ſpiritu aſpero ſignant tres ante Caſaubonum editores.

3) Pariſ. μέχρι, uti Xylander. Idem Pariſ. cum Stroz. et Ven. poſt omittit ἐστιν. Tum Ven. Ἀκαρνία.

4) Ante Caſaubonum ſimplici λ prodibat, quod paſſim etiam in aliis auctoribus, maxime in Latinis obſervatur, de quo ad Melam 2, 7, 91. Suadet id adeo conditoris nomen, etiam

naves per ſulcum quendam terra ab uno mari ad alterum traducuntur, ſtadiorum eſſe L dictum eſt.

§. 2.

Huius paeninſulae partem occiduam tenent Elei ac Meſſenii, et Siculo mari alluuntur. Sed et utrinque in alteram oram porriguntur hi. Nam Elis verſus ſeptentrionem flectitur et initium Corinthiaci ſinus usque ad Araxum promontorium, cui in maris opponuntur altera parte Acarnania et ante eam ſitae inſulae Zacynthus, Cephallenia,

dam in legatos eorum domum ſuam praetereuntes auſi ſint coenum defundere: pro quo peccato aliisque flagitiis mox poenas dederunt: miſſo enim a Romanis iuſto exercitu, Corinthus a L. Mummio eſt everſa, et reliqua usque ad Macedoniam omnia in poteſtatem Romanorum venerunt, aliis in alias partes miſſis ducibus: agri autem Corinthii maximam partem obtinuerunt Sicyonii. Polybius, quae in excidio Corinthi evenerunt, narrando deplorans, militarem contemtum artificiorum ac donariorum inter alia com-

me-

Contextus. τα. Φησὶ γὰρ ἰδεῖν [7] παρὼν ἐρριμμένας πύακας ἐπ' ἐδάφους, πεπτευότας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων. Ὀνομάζει δ' [8] αὐτῶν [9] Ἀριστείδην γραφὴν τοῦ Διονύσου, ἐφ' ᾗ τινες εἰρῆσθαί φασι τὸ, Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον· καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν καταπονούμενον τῇ τῆς Δηϊανείρας χιτῶνι. Τοῦτον μὲν οὖν οὐχ ἑωράκαμεν ἡμεῖς, τὸν δὲ Διόνυσον [10] ἀναπεπταμένον ἐν τῷ [11] Δημητρείῳ τῷ ἐν Ῥώμῃ κάλλιστον ἔργον [12] ἑωρῶμεν. Ἐμπεπρησθέντος δὲ τοῦ νεὼ, συνεφανίσθη καὶ ἡ γραφὴ νεωστί. Σχεδὸν δέ τι καὶ [13] τὰ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων τῶν ἐπ

7) Ed. Caſ. 2. et Amſtel. vitioſe παρῶν.

8) Editiones αὐτάς. Mss. Caſaubonn. αὐτόν. Ipſe malit αὐτοὺς, videlicet τοὺς πύακας. Praeſtat αὐτῶν, quod dant Vatic. Pariſ. Venet. et a prima manu Medic.

9) Aldus, Hopper. Ἀριστίδην. Tum iidem Δηϊανείρας. Xylandr. Δηϊανείρας.

10) Deeſt hoc verbum in Pariſ.

11) Moſc. Δημητρίῳ, uti legitur in Herodoto 9, 101. V. de utraque forma, quae congeſſit Fiſcher. ad Welleri Gramm. Gr. P. 1. p. 286. ſq. Ita vero noſter Θησεῖον, Λυκεῖον lib. 9. p. 396. et ſimilia alibi. Praeferunt etiam ει reliqui codices.

12) Mss. Caſaubonn. Vatic. ἑωράκαμεν, quod Guarinus etiam legiſſe videtur; vertit enim *ſpectavimus*. Utrumque, ut ſeries narrationis declarat, locum habere poteſt; alterum tamen variandae orationis cauſa adhibitum videtur. Nempe ſic prius omnino rem indicat, poſterius hoc certum tempus.

13) Abeſt τὰ in Moſc. et Ven.

memorat. Ait enim, ſe praeſentem vidiſſe tabulas in ſolum proiectas, ac milites ſuper iis talis ludentes: nominarque earum Bacchum ab Ariſtida pictum: de quo nonnulli dicorum illud putant, Nihil ad Bacchum; et Herculem, Deianirae tunica excruciatum. Hanc quidem ego non vidi, Bacchum autem illum Romae in Cereris dedicatum videbamus, opus pulcerrimum: quae pictura nuper una cum templo conflagravit incendio. Sed et fere pleraque et praeſtantiſſima donariorum, quae Romae

ἐν Ῥώμῃ τὰ πλεῖστα καὶ [14] ἄριστα ἐντεῦθεν ἀφῖχθαι· τινὰ δὲ καὶ αἱ κύκλῳ τῆς Ῥώμης πόλεις ἴσχον. Μεγαλόφρων γὰρ ὢν μᾶλλον ἢ φιλότεχνος ὁ Μέμμιος, ὡς φασι, μετεδίδου ῥᾳδίως τοῖς δεηθεῖσι. [15] Λεύκολλος δὲ κατασκευάσας τὸ τῆς Εὐτυχίας ἱερὸν καὶ στοάν τινα, χρῆσθαι ἠτήσατο, ὧν εἶχεν ἀνδριάντων ὁ Μόμμιος, ὡς κοσμήσων τὸ ἱερὸν μέχρι ἀναδείξεως, εἶτ' ἀποδώσων· οὐκ ἀπέδωκε δὲ, ἀλλ' ἀνέθηκε, κε- Corinthus.

14) Mss. Caſaubonn. ἥδιστα, quod et Latine reddidit Guarinus. (*aſpectu ſuaviſſima.*) Moſc. ἄδικα. Pro verbis καὶ ἀφῖχθαι, (uti vulgo fertur,) tantum adpoſuit ἠφανίσθη. Sed vulgatam ab Aldo lectionem praeter alios codices tuetur nexus. Pro ἀφῖχθαι tamen malim ἀφῖκται, uti mox ἴσχον, etſi paſſim talis modorum enallage in eodem nexu obiicitur. Vid. Sylburg. ad Pauſan. 4, 4. p. m. 287. Forte ſubplendum φασὶ, uti additur φησὶ p. 338. Cf. infra p. 382. f. ἀνῳλίσθαι, ubi ex ſeqq. facile arceſſitur verbum regens, quale hic per nexum admitti nequit.

15) Pariſ. Moſc. Λεύκολλος, uti legitur lib. 11. p. 532. lib. 12. p. 535. 547. et alibi. Sic Polyb. 35, 3, 7. et Diodor. 4, 21. Sed et idem in edd. noſtris eclogar lib. 36. Tom. 2. p. 530, Λύκυλλος, ut Plutarchus, Dio Caſſius, App'anus (etſi apud eum etiam in Syr. c. 49. editur Λεύκολλος.) Sed Zonaras 10, 4. Λεύκολος. Ita quidem libri in auctoribus variant. Hic Ald. Hopper. Λεύκυλος. Cf. ſupra lib. 7. p. 319. ubi omiſi monere, in auctoribus etiam Λεύκουλλος dici. Ut tenorem ſervarem, libris etiam optimis ſuffragantibus poſui et hic Λεύκολλος. Ita paullo poſt ο pro ου legitur in Μόμμιος, quod quidem conſtantius etiam volunt auctores.

mae ſunt, Corintho allata fuerunt: quaedam etiam circum vicinae urbes adeptae ſunt: nam Mummius homo (ut traditur) magnanimitatis, quam artificiorum, ſtudioſior facile petentibus ea largiebatur. Et Lucullus cum Bonae Fortunae templum porticumque adornaret quandam, Mummium rogavit, ut tabulas, quas haberet, ſibi utendas daret ad ornatum templi, donec illud dedicaret, pollicitus ſe a dedicatione redditurum: quod pro-

Corinthus. λύσας αἴρεσιν, εἰ βούλεται· πρᾴως δ' ἤνεγκεν ἐκεῖνος, οὐ φροντίσας οὐδέν· ὡς τ' ἠδοκίμει τοῦ ἀναθέντος μᾶλλον. Πολὺν δὲ χρόνον ἐρήμη μείνασα ἡ Κόρινθος, ἀνελήφθη πάλιν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἐποίκους πέμψαντος τῶν ἀπελευθερικῶν γένους πλείστους· οἳ τὰ ἐρείπια κινοῦντες, καὶ τοὺς τάφους συνανασκάπτοντες, εὗρισκον ὀστρακίνων [16] τορευμάτων πλῆθη, πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα· θαυ-

16) Paris. Masc. cum Aldo, Hoppero, Xylandro τορεύματα. Illud recte cum aliis Msstis reposuit Casaubonus. *Tzschucke. Testacea opera* an recte τορεύματα i. e. *caelo* sculpta appellentur, dubito. Quid si legamus σορευμάτων, *urnarum sepulchralium*. Talis certe vox a σορὸς non male deducatur, quamquam in Lexicis non comparet. *Tyrwhittus in Strabonem p. m.* 32. Tum referri huc possint *fictilia folia*, quibus auctore Plinio 35, 46 f. 12. multi voluerunt condi, ubi editiones et viri docti male legunt *doliis*, ut de urnis et lagenis ex opero doliari intelligerentur. Cf. ibi etiam Harduinus. Forte tamen hic legi possit σορευμάτων nisi ob πλῆθη langueat et in sepulcris offendat. Sed potest artis causa, quam hic adtingit, τορευμάτων retineri, quae certe hoc sensu Boettigerus in libro Vasen-Gemaelde P. 1 p. 37. explicat: *Friesen und kleine Basreliefs in terra cotta*. Addi debet Paciaudius in monument. Peloponnes. Vol 2 p. 184. ubi fictilia opera vertit, et de operibus lateritiis et coctilibus in sepulcris exstruendis ornandisque exponit, uti Πτερουορωφεῖα, qualia tria commemorat.

promissum postea non implevit: sed templo dedicato Mummium auferre inde, si liberet, suas tabulas iussit. Quod cum Mummius aequo animo ferret, neque iacturam tabularum factam quicquam curaret, maiorem dedicatore laudem tulit. Sed Corinthus cum diu deserta iacuisset, instaurata est a Divo Caesare propter loci opportunitatem, missis eo in coloniam libertinis plurimis. Hi cum rudera cepissent moliri, simulque sepulcra essodissent, testacea opera plurima, atque etiam aerea multa invenerunt:

θαυμάζοντες δὲ τὴν κατασκευὴν, οὐδένα τάφον ἀσκευώρητον εἶασαν, ὥστε εὑπορήσαντες τῶν τοιούτων, καὶ διατιθέμενοι πολλοῦ, Νεκροκορινθίων ἐπλήρωσαν τὴν Ῥώμην· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα, καὶ μάλιστα τὰ ἐστράκινα. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἐτιμήθη σφόδρα ὁμοίως τοῖς χαλκώμασι τοῖς [17] Κορινθιουργίαις, εἶτ' ἐπαύσαντο τῆς σπουδῆς, ἐκλιπόντων τῶν ἐστράκων, καὶ οὐδὲ κατορθουμένων τῶν πλείστων. Ἡ μὲν [18] οὖν πόλις τῶν Κορινθίων [19] μεγάλη τε καὶ πλουσία διὰ παντὸς ὑπῆρξεν, ἀνδρῶν τε [20] ἠυπόρηκεν ἀγαθῶν εἴς τε τὰ πολιτικὰ καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημιουργικάς· μάλιστα γὰρ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν Σικυῶνι ἠνθήθη [21] γρα-

Corinthus.

17) Ven. Κορινθιουργίαν.

18) Mss. Caſaubonn. Pariſ. Moſc. Ven. &c. Tum Moſcov. ἡ τῶν Κορινθίων, uti fere fulet. Hic et Ven. conſentit.

19) Pariſ. μεγίστη.

20) Moſc. Venet. cum Aldo, Hoppero, Xylandro ἠὐτύχησεν. Caſaubonus ex libris reſtituiſſe videtur ἠὐτύρηκεν, cum et ita ſcribant reliqui mei. Recte quidem, cum ſic perpetuitas rei a praecedentibus ad hanc temporis vim transferatur.

S 5 [21]

runt: quorum admirati artificium, nullum ſepulcrum non effoderunt, magnaque id genus rerum copia potiti, iisque magno divenditis, Romam impleverunt Necrocorinthiis: ſic enim appellabant quae e ſepulcris erant ablata opera, maxime teſtacea: quae cum initio in magno pretio, neque aereis Corinthiis operibus haberentur viliora, tandem ſtudium iis impendi deſitum eſt, cum deficerent teſtae, et pleraque figlina non probarentur. Fuit Corinthus urbs magna, ſemperque dives, copiamque tulit virorum et ad res civiles tractandas idonearum, et ad artificia exercenda. Nam maxime Corinthi ac Sicyone pingendi ac fin-

Corinthus. [21] γραφικὴ τε καὶ πλαστικὴ καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημιουργία. Χώραν δ' [22] ἔσχεν οὐκ εὔγεων [23] σφόδρα, ἀλλὰ [24] σκολιάν τε καὶ τραχεῖαν, ἀφ' ἧς πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι· καὶ παροιμιάζονται, Κόρινθος [25] ὀφρυᾶ τε καὶ κοιλαίνεται.

§. 24.

Ὀρνεαὶ δ' εἰσὶν ἐπώνυμοι τῷ παραῤῥέοντι ποταμῷ.

21) Forte ὅτι γραφική.

22) Ita Mss. Caſaubonn. Vatic. Pariſ. Moſc. Ven. Gem. Plecho cum Euſtathio ad Homerum Il. 2, 570. p. m. 220. et Guarino; eamque lectionem probant etiam ſequentia. Vulgata ἔσχον protecta eſt ab Aldo.

23) Mss. Caſaubonn. λίαν, quae eſt συνωνυμία paſſim iam notata. Mei omnes cum Euſtathio c. l. σφόδρα.

24) Malim σκολιάν, quamquam me non fugit, etiam apud Euſtathium [c. l.] legi σκολιάν, iremque in epitome. [p. 220. Hudſ.] *Caſaubonus.* At pertinaciter renuunt libri, qui τῷ τραχεῖαν hanc etiam agri ſpeciem addunt, quippe quae eadem eſt, quae cliyoſa, devexa. qualem fuiſſe narrant agrum Corinthiacum. Ita nempe ſupercilia, ὀφρῦς, vocantur, unde et natum eſt proximum proverbium. Vid. Heſych. h. v.

25) Venet. Moſc. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 570. p. m. 220. et v. 595. p. m. 225. cum Aldo, Hoppero ὀφρύεται. Alii libri ſcripti et inde a Xylandro editi ὀφρυᾷ τε, quod et reddit epitome c. l. Atque hoc etiam magis ex uſu linguae et lege metrica probatur. Cf. etiam de hac lectione Politus ad Euſtath. Tom. 2. p. 611.

fingendi aliaeque id genus artes auctae ſunt. Solum habuit non admodum gleba tervae felix, ſed obliquum et aſperum: unde vulgo ſupercilioſa Corinthus dicta fuit: ac proverbium,

Colles Corinthus, atque cavitates habet.

§ 24.

Orneae nomen habent idem cum fluvio praetereunte,

μῶ· νῦν μὲν ἔρημοι, πρότερον [1] δ' οἰκούμεναι καλῶς, ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον· ἀφ' ὧν καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος Ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν· κεῖνται δ' ὑπὲρ τῆ πεδίου τῆ Σικυωνίων· τὴν δὲ χώραν ἔσχον Ἀργεῖοι. Ἀραιθυρέα δ' ἐστὶν ἡ νῦν [2] καλουμένη Φλιασία· πόλιν δ' εἶχεν ὁμώνυμον τῆ χώρα πρὸς ὄρει [3] Κοιλώσσῃ· οἱ δ' ὕστερον ἀναστάντες ἐκεῖθεν, [4] πρὸς τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἐκάλεσαν [5] Φλιοῦντα· τῆς δὲ Κοιλώσσης μέρος ὁ Καρ- Corinthus.

1) Τὸ δ' abeſt a Pariſ. Poſt idem habet ἔχουσα et Πριάπια, ante quam vocem poſteriorem τὰ omittit Moſc.

2) Moſc. Φλιασία καλουμένη.

3) Pariſ. Medic. Gem. Pierho cum Euſtathio ad Homer. Il. 2, 571. p. m. 220. et Guarino Κυλώσσῃ, uti poſt.

4) Pariſ. Moſc. πρὸ λ, et ſic Euſtathius l. l. et edd ante Caſaubonum πρὸ τριάκοντα σταδίων. Hic tamen rectius πρὸς vulgavit, quod et reliqui codices praeeunt. Tum vero πρὸς abſolute, uti alias ὅσον, poſitum eſt; nihil enim praecedenti numero, qui non adeſt, addit, uti infra p. 396. m. de quo uſu cf. d' Orville in Vanno critica p. 145 qui πρόσω mutata ante diſtinctione legi debet, ut ſenſus ſit: *remotius, longius a priſtina ſede*, aut repoſitum a Caſaubono πρὲς eandem fere notionem obtinet.

5) Aldus Φλιοῦντα. Sic poſtea. Recte tamen p. 395. non item p. 377.

te, hodie deſertae, olim frequentatae ſatis: ibi erat templum Priapi cultum: hinc Euphronius Priapeiorum ſcriptor deum iſtum appellat Orneatam. Sitae fuerunt ſupra campum Sicyoniorum, ſed agrum Argivi poſſederunt. Araethyrea eſt, quae nunc dicitur Phliaſia: urbs fuit regioni cognominis ad montem Coeloſſam: poſtea migratum inde eſt, et XXX ultra ſtadiis urbs condita, quam appellaverunt Phliuntem. Pars porro Coeloſſae eſt Carnea-

Corinthus. Καρνεάτης, ὅθεν λαμβάνει τὴν ἀρχὴν [6] Ἀσωπὸς ὁ παραῤῥέων τὴν Σικυωνίαν, καὶ ποιῶν τὴν Ἀσωπίαν χώραν, μέρος οὖσαν τῆς Σικυωνίας. Ἔστι δ' Ἀσωπὸς καὶ ὁ [7] παρὰ Θήβας ῥέων, καὶ Πλαταιὰς, καὶ [8] Ταναγραν· ἄλλος δ' ἐστὶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ [9] Τραχινίᾳ, [10] παρὰ κώμην ῥέων, ἣν [11] Παρασωπίους ὀνομάζουσι· τέταρτος δ' ὁ ἐν Πάρῳ. Κεῖται δ' ὁ Φλιοῦς ἐν μέσῳ Σικυωνίας, Ἀργείας, Κλεωνῶν καὶ Στυμφάλου, κύκλῳ περιεχόμενος· τιμᾶται δ' ἐν Φλιοῦντι καὶ Σικυῶνι τὸ τῆς Διὰς ἱερόν· καλοῦσι δ' ὕτω τὴν [12] Ἥβην.

§. 25.

6) Mosc. Αἴσωπος.

7) Vatic. Mosc. περὶ, ut saepe alibi observatur, et supra notatum est. Ita et Eustathius ad Homer. Il. 2, 572. p. m. 220. Sed παρὰ probat etiam Politus T. 2. p. 613.

8) Mosc. Ταναγρας.

9) Ita (per χ) Mosc. et alii cum Eustathio c. l. et Guarino. Nec aliter efferunt editiones ante Casaubonum, qui vitiose intulit Τρακινίᾳ. Vera illa scriptura per χ aliunde satis est nota. Vid. Cellarius in Geogr. ant 13, 4, 120 et Strabo lib. 9. p. 428.

10) Mosc. περὶ, ut paullo antea

11) Paris. Mosc. cum Guarino Περασωπίους, Vatic. περοσωπίους. Cf. lib. 9. p. 408. ubi alia etiam corruptio notatur.

12) Casaubonus olim cogitaverat Ἥρην, sed postea, Pausaniae auctoritate 2, 13, 3, monitus, opinionem retraxit.

neates, unde nascitur Asopus, qui praeter Sicyoniam labens, Asopiam regionem Sicyoniae portionem distinguit. Alius est Asopus, qui Thebas, Plataeas, ac Tanagram praeterfluit; alius item Heracleae Trachiniae praeter pagum fluens, cuius incolae Parasopii dicuntur; quartus in Paro est Asopus. Phlius iacet in medio Sicyoniae, Argiae, Cleonarum, ac Stymphali, circulo inclusa. Colitur Phliunte ac Sicyone templum Diae: sic enim Heben seu Iuventatem nominant.

§. 25.

§. 25. Corinthus.

Τὴν δὲ Σικυῶνα πρότερον [1] Μηκώνην ἐκάλουν, ἔτι δὲ πρότερον [2] Αἰγιαλὸς· ἀνῳκίσθαι δ' αὐτὴν ἀπὸ θαλάσσης ὅσον εἴκοσι [3] σταδίους, οἱ δὲ δώδεκά φασιν ἐπὶ [4] λόφον ἐρυμνὸν [5] Δήμητρος· τὸ δὲ παλαιὸν κτί-

1) Venet. Μηκώνην. Cf. Holſten. ad Stephan. p. 293.

2) Sic omnes libri cum Euſtathio c. l. Pauſaniae tamen 2, 6, 2. dicitur Αἰγιάλεια, ſcilicet in locorum promiſcua terminatione et inſtabili numero. Pro ἀνῳκίσθαι Euſtathius c. l. ἀνῴκισται. Sic ſupra p. 381. ἀφῖχθαι. Sed hic poteſt a φασὶν ſubiecto pendere, etſi in nota proxima Caſaubonus adſert ἀνῴκιστο.

3) Pariſ. Moſc. ταδίους. Euſtathius c. l. omnino ὀλίγα στάδια. Ante Caſaubonum εἴκοσι τέσσαρα.

4) Euſtath. c. l. λόφῳ ἐρυμνῷ. Sic infra lib. 9. p. 440. f. πόλις ἐπὶ Καύκῳ τινὶ λόφου, ubi contra in Mss. legitur ἐπὶ Καύκου τινὸς λόφου. Et ſic paſſim in hoc nexu caſus praeſertim huius formae mutantur. Hic tamen λόφον malunt libri omnes.

5) Lego ὑπὸ Δημητρίου, vel Δημήτριος, ſi pro ἀνῳκίσται legas ἀνῴκιστο. Ut ita cenſeam, faciunt haec Diodori verba lib. 20. p. 827. Tom. 2. ed. 1604. [ſ. lib. 20, 102.] ὁ δὲ Δημήτριος πείσας τοὺς Σικυωνίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετοικῆσαι, τὸ μὲν τῷ λιμένι συνάπτον μέρος κατέσκαψε. Non dubito, quin aequi lectores meam emendationem hanc ſint approbaturi. *Caſaubonus.* Coniectura valde probabilis. Cf. etiam Plutarch. in Demetrio c. 25. Hinc πόλις Σικυὼν dicta videtur apud Hieroclem p. 646. ed. Weſſel. Adiuvatur adeo a Cod. Moſc. qui ſupra ſcripeum oſtendit: Δημήτριος, niſi genitivum eſſe alium voluit. At cum plura ſic ſint refingenda, tum Demetriadis nomen abeſt, quam ad mare ponit noſter infra lib. 9. p. 436. Antiquiora tempora re-

§. 25.

Sicyon prius Mecone fuit dicta, et ante Aegialis aedificata xx, aut, ut aliis placet, xii fere ſtadiis a mari, in colle munito natura, Cereri ſa

Corinthus. κτίσμα ἐπίνειόν ἐστιν ἔχον λιμένα. Ὁρίζει δὲ τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς [6] Νεμέα. Ἐτυραννήθη δὲ πλεῖστον χρόνον· ἀλλ' ἀεὶ τὰς τυράννους ἐπιεικεῖς ἄνδρας ἔσχεν. Ἄρατον δ' ἐπιφανέστατον, ὃς καὶ τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε, καὶ Ἀχαιῶν ἦρξε, παρ' ἑκόντων λαβὼν τὴν ἐξουσίαν· καὶ τὸ σύστημα ηὔξησε, προσθεὶς αὐτῷ τήν τε πατρίδα καὶ τὰς ἄλλας πό-
p. 383. λεις τὰς ἐγγύς. Ὑπερησίην δὲ καὶ τὰς ἐξῆς πόλεις, ἃς [7] λέγει ὁ ποιητὴς, καὶ τὸν Αἰγιαλὸν τῶν Ἀχαιῶν ἤδη συμβέβηκεν εἶναι μέχρι Δύμης καὶ τῶν ὁρῶν τῆς Ἠλείας.

ΚΕΦ.

respexisse videtur, et λόφος ille vere Cereri sacratus fuisse. Λόφον etiam probant, quae de antiqua urbis sede, τῇ πάλαι ἐπιστάσει, commemorantur. Cf. praeter superiores Paus. 2, 7. in.

6) Mosc. vult Νέμεα. Sed similia supra adfuerunt.

7) Mosc. ὁ ποιητὴς λέγει.

sacro: vetus structura navale est cum portu. Sicyoniam et Corinthiam Nemea fluvius discernit. Plurimum temporis sub tyrannis fuit Sicyon: sed semper tyrannis usa est viris moderatis: quorum illustrissimus Aratus urbem libertate donavit, idemque Achaei corporis imperator fuit, ultra imperium deferendis, idque auxit adiecta sua patria, et aliis vicinis urbibus. Hypereſiam aliasque deinceps urbes, quas recenset Homerus, et Aegialon, id est litus, Achaeorum nunc contingit esse usque ad Dymen et Eleae fines.

CAP.

ΚΕΦ. Η. Achaia.

§. 1.

Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν, ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν παλαιὸν, Αἰγιάλεια· καὶ οἱ ἐνοικοῦντες, Αἰγιαλεῖς· ὕστερον δ' ἀπ' ἐκείνων [1] Ἰωνία, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. Φασὶ δὲ Δευκαλίωνος μὲν Ἕλληνα εἶναι· τοῦτον δὲ περὶ τὴν Φθίαν [2] τῶν μεταξὺ Πηνειοῦ καὶ Ἀσωποῦ [3] δυναστεύοντα τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων παραδοῦναι τὴν ἀρχήν· τοὺς δ' ἄλλους ἔξω διαπέμψαι, [4] ζητήσοντας ἑαυτοῖς ἕκαστον αὐ-

1) Mosc. Ἰωνίας.

2) Mss. Casaubonn. τὴν μεταξὺ, Ven. τὸν μεταξὺ, Vatic. τοῦ μετ. Alii τῶν μετ', recte.

3) Editiones omnes δυναστεύοντα, praeter Hopperum, qui scribae negligentia dedit δυναστεύοντας. At cum Mss. Casaubonn. Vatic. Paris. Mosc. Ven. Gem. Pletho praeferant δυναστεύοντα, hoc revocare non dubitavi.

4) Aldus, Hopperus ζητήσαντας. Melius ex usu linguae, addicentibus etiam Msstis, Xylander dedit ζητήσοντας.

CAP. VII.

§. 1.

Regionem istam quondam Ioues possederunt, genere Athenienses: et nominabatur priscis temporibus Aegialeia, incolae Aegialenses: postea ab iis Ionia dicta est, sicut et Attica, ab Ione Xuthi F. Traditum est Hellenem fuisse Deucalionis filium: eum regioni circa Phthiam imperasse, qua inter Peneum est et Asopum, ac imperium filiorum natu maximo reliquisse, reliquos emisisse extra patriam, ut sibi quisque sedes quaererent. Ex

Achaia. αὐτῷ· ὧν Δῶρος μὲν τοὺς περὶ Παρνασὸν Δωριέας [5]συνοικίσας, κατέλιπεν [6]ἐπωνύμους αὐτῷ· Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ὤκισε τὴν Τετρά-πολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλιν-θον καὶ [7]Τρικόρυθον. Τῶν δὲ τούτου παίδων Ἀχαιὸς μὲν φόνον ἀκούσιον πράξας, ἔφυγεν εἰς [8]Λακεδαί-μο-

5) Paris. συνοικήσας, solemni permutatione. Editiones omnes inde ab Aldo tenuerant συνοικίσας, quod etiam ex Med. convincitur. Antea idem παρὰ pro περὶ, ut centies alibi.

6) Mosc. ὁμωνύμους. Neque haec commutatio cognatorum vocabulorum rara. Illud tamen hic rectius, uti in seq. etiam prodit. Tum Paris. ᾤκησε, ut paullo antea, et hic praeterea Aldus et Hopperus.

7) Mosc. Τρικόρυθον. Videtur hanc literae epenthesin adstruere Stephanus, qui h. v. scribit Τρικόρυνθον; sed non ipse solum deinceps in utramque partem versat, sed et sub v. Τετράπολις exclusо ν ponit, quod et probat ex Strabone Holsten. p. 329. Quare nihil videtur mutandum, in primis cum reliqui codices in altera forma conspirent.

8) Vulgo Λακεδαιμονίαν. Mosc. Λακεδαίμονα. Ita enim et regionem vocari vel ex Strabone p. 367. discitur. At idem etiam usitate Λακωνικὴν vocat, et Λακεδαιμονία de regione in priscis auctoribus dubiae est fidei. Sic supra p. 345. vulgo idem adfert, ubi codices tantum non omnes substituebant Λακεδαίμων, et paullo inferius exhibent libri omnes et scripti et editi. Non igitur dubitavi adhaerere et hic Mosc. et referre Λακεδαίμονα.

Ex his Dorus iis, qui circa Parnasum habitabant, in civitatem compositis, a se nomen Dorienſium fecit. Xuthus, ducta uxore Erechthei filia, condidit tetrapolin Atticae: sic enim vocatur ea regio, quatuor nimirum constans urbibus, Oenoa, Marathone, Probalintho, et Tricorytho. De huius filiis Achaeus, homicidio per imprudentiam perpetrato, in Laconicam perfugit, et esse-

μονα, καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς ἐκεῖ κληθῆναι παρεσκεύα- Achaia.
σεν. Ἴων δὲ, τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας, οὕτως ἠυδοκίμησεν, ὥςτ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέσσαρας Φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέσσαρας βίους· τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργοὺς, τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς, τετάρτους δὲ τοὺς Φύλακας· τοιαῦτα δὲ πλείω διατάξας, τὴν χώραν ἐπώνυμον ἑαυτῷ κατέλιπεν. Οὕτω δὲ [9] πολυανδρῆσαι τὴν χώραν συνέπεσε τότε, ὥςτε καὶ ἀποικίαν τῶν Ἰώνων ἔξειλαν εἰς Πελοπόννησον Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν χώραν, ἣν κατέσχον, ἐπώνυμον ἑαυτῶν ἐποίησαν, Ἰωνίαν ἀντ' [10] Αἰγιαλείας κληθεῖσαν, οἵ τε ἄνδρες ἀντὶ Αἰ-

9) Mosc. praemittit καί. Vatic. Paris. πολυανδρίσαι, Casaubonn. πολυανδρήσασαι. Sed vulgata structura etiam in aliis occurrit, veluti Polybio 1, 53. Plutarcho in Romulo cap. 8. pro quo noster alias frequentat συνέβη.

10) Casaubonn. Mosc. Paris. Ven. Vatic. Gem. Pletho cum Eustathio ad Homer. Il. a. 575. p. m. 221. et saepius Αἰγιαλῶ, etsi idem c. l. antea regionem etiam vocat Αἰγιάλειαν, uti hic vertit Guarinus, et post Aldus excepit ad aliosque propagavit. Sed

effecit, ut, qui ibi habitabant, Achaei dicerentur. Ion devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, tantam est consecutus gloriam, ut eum suae reip. praefecerint Athenienses. Ion primum in quatuor tribus multitudinem, deinde in totidem vivendi genera divisit, nimirum Agricolas, Opifices, Sacerdotes, Custodes: atque his et pluribus aliis constitutis, regioni a se nomen factum reliquit. Verum eo tempore tantam ea in regione multitudinem hominum exstare contigit, ut Athenienses Ionum coloniam in Peloponnesum emiserint, nomenque regioni ab ea occupatae a se fecerint, quae iam pro Ae-

Achaia. Αἰγιαλέων [11] Ἴωνες προσηγορεύθησαν, εἰς δώδεκα πόλεις μερισθέντες. Μετὰ δὲ τὴν [12] Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ὑπ' Ἀχαιῶν ἐξελαθέντες, ἐπανῆλθον πάλιν εἰς Ἀθήνας· ἐκεῖθεν δὲ μετὰ τῶν Κοδριδῶν ἔσχιλαν τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν εἰς τὴν Ἀσίαν· ἔκτισαν δὲ [13] δώδεκα πόλεις ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρίας καὶ τῆς Λυδίας· εἰς τοσαῦτα μέρη διελόντες σφᾶς, ὅσα καὶ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ κατεῖχον. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ Φθιῶται μὲν ἦσαν τὸ γένος, ᾤκησαν δ' ἐν [13] Λακεδαίμονι· τῶν δ' Ἡρακλειδῶν ἐπικρατησάντων, ἀναληφθέντες ὑπὸ Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου παιδὸς, ὡς προειρήκαμεν,

Sed et Αἰγίαλος legitur in Pauſania 5, 1. 7, 1. Plinio 4, 6. ſ. 5. et noſtro ſupra p. 333. Neque offendere debet gentile, quod inde ducit Stephanus, et in eodem nexu ſubiicit Pauſanias 7, 1. Quibus momentis facile inclinatus animus ferebatur ad hanc lectionem, niſi ſuperiora Strabonis verba, quae hic reſpicit, inhibuiſſent.

11) Pariſ. Ἡρακλείδαι. Poſt Moſc. ἐκεῖθε, quod ſequeretur δέ. Ita ſupra p. 320. in eadem voce et ἐκπέμψαι ultimam literam abiecerat.

12) Venet. ιδ. Cf. Herodot. 1, 142. ſq. — Poſt Moſc. δεκα.

13) Caſaubonn. Ven. Λακεδαιμονίᾳ, de qua forma paullo ſuperius. Τὸ δ' ante Ἡρακλειδῶν omittunt Pariſ. et Moſc.

gialeia diceretur Ionia, et incolae in duodecim diviſi partes porro non Aegialenſes vocarentur, ſed Iones. Poſt Heraclidarum reditum pulſi ab Achaeis, redierunt Athenas, atque inde cum Codridis Ionicam coloniam in Aſiam deduxerunt: condiderunt autem duodecim urbes in maritima quae inter Cariam eſt et Lydiam ora, diviſi in totidem partes, quot in Peloponneſo ante obtinuerant. Achaei porro origine erant Phthiotae, ac Spartae habitabant: ſed cum Heraclidarum aucta eſſet potentia, a Tiſameno Oreſtis F. in integrum reſtitui, Ionas

μεν, τοῖς Ἴωσιν ἐπέθεντο· καὶ γενόμενοι κρείττους, τοὺς μὲν ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ κατέσχον τὴν γῆν, καὶ διεφύλαξαν τὸν αὐτὸν τῆς χώρας μερισμὸν, ὅνπερ καὶ παρέλαβον. Οὕτω δ' ἴσχυσαν, ὥστε τὴν ἄλλην Πελοπόννησον ἐχόντων τῶν Ἡρακλειδῶν, ὧν ἀπέστησαν, ἀντεῖχον ὅμως πρὸς ἅπαντας, Ἀχαΐαν ὀνομάσαντες τὴν χώραν. Ἀπὸ μὲν οὖν Τισαμενοῦ μέχρι [14] Ὠγύγου, βασιλευόμενοι [15] διετέλεσαν· εἶτα δημοκρατηθέντες, τοσοῦτον ηὐδοκίμησαν περὶ τὰς πολιτείας, ὥστε τοὺς Ἰταλιώτας μετὰ τὴν φάσιν τὴν πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, τὰ πλεῖστα τῶν νομίμων [16] μετενέγκασθαι παρὰ τούτων συνέβη. Μετὰ δὲ Achaia. p. 384

14) Mosc. Ὠγυγου Paris. Ὠγυγύλου, unde illud intelligitur. Casaubonus ex Polybio 2, 41, 5. emendabat Γύγου. At integrum nomen exstat apud eundem 4, 1, 5. idemque confirmant hic omnes codices praeter duos illos, qui in fine augent. Sic *Gyris* omisso *O* in Mela 3, 8, 56. adferunt libri.

15) Paris. Mosc. διετέλων. Prius ad nexum aptius.

16) Paris. μετενέγκασθαι. Deinceps Moscov. ex correctione παρὰ, cum antea scriptum exstaret περί.

nas, uti iam dictum est, adorti, victoriaque sunt potiti: hisque eiectis regionem ipsi occuparunt, retenta ea, quam ibi invenerant, divisione. Et eo usque creverunt, ut, cum Heraclidae, a quibus ipsi defeciverant, reliquam obtinerent Peloponnesum, tamen ipsi contra universos sese tutarentur, et regioni nomen Achaiae inderent. Itaque a Tisameno ad Ogygum usque reges habuerunt suos. Deinde populari in rep. usi potestate, tantum ex eius administratione laudis sunt assecuti, ut Italici post coortam inter eos et Pythagoreos seditionem, pleraque iura ab Achaeis hisce transsumserint. Et

Achaia. τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι τούτοις τὴν δίαιταν [17] περὶ τῶν ἀντιλεγομένων ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας. Ὕστερον δ' ὑπὸ τῶν Μακεδόνων λυθείσης τῆς κοινωνίας, ἀνέλαβον σφᾶς πάλιν κατὰ μικρόν· ἦρξαν δὲ Πύρρου στρατεύσαντος εἰς τὴν Ἰταλίαν, τέσσαρες συνοῦσαι πόλεις, ὧν ἦσαν Πάτραι καὶ Δύμη· εἶτα προσελάμβανόν [18] τινας τῶν δώδεκα, πλὴν Ὠλένης καὶ Ἑλίκης· τῆς μὲν ὑ συνελθούσης, τῆς δ' ἀφανισθείσης ὑπὸ κύματος.

§. 2.

Ἐξαρθὲν γὰρ ὑπὸ σεισμοῦ τὸ πέλαγος, κατέκλυσε καὶ αὐτὴν, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἑλικωνίου Ποσειδῶνος, ὃ καὶ νῦν ἔτι τιμῶσιν Ἴωνες, καὶ θύσιν ἐκεῖ τὰ Πανιώνια. Μέμνηται δ', ὡς ὑπονοοῦσί τινες, ταύτης τῆς θυσίας Ὅμηρος, ὅταν φῇ·

Αὐ-

17) Paris. Mosc. παρὰ, minus bene. Post ante Μακεδόνων uterque neglexit τῶν, uti τὴν ante Ἰταλίαν.

18) Gem. Pletho καὶ τὰς λοιπὰς τῶν δώδεκα.

Et post Leuctricam pugnam Achaeis Thebani arbitrium commiserunt de mutuis urbium controversiis. Postea cum societatem eorum Macedones dissolvissent, paulatim sese recollegerunt. Initium fecere, quo tempore Pyrrhus in Italiam expeditionem fecit, quatuor adhuc cohaerentes urbes, e quibus fuerunt Dyme et Patrae: tum reliquas de XII istis urbibus ad se receperunt, Oleno atque Helice exceptis: quarum illa se noluit adiungere, haec diluvio est deleta.

§ 2.

Terrae motu enim elatum mare et Helicen obruit, et templum Neptuni Heliconii, quod etiamnum venerantur Iones, ibique Panionia sacrificant. Sunt, qui huius sacrificii facere mentionem putent Homerum his verbis:

Ef-

Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν· ὡς ὅτε ταῦρος Achaia.
Ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.

Τεκμαίρονταί τε, [1] νεώτερον εἶναι [2] τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας τὸν ποιητὴν, μεμνημένον γε τῆς Πανιωνικῆς θυσίας, ἣν ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ συντελοῦσιν Ἴωνες τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ οἱ Πριηνεῖς ἐξ Ἑλίκης εἶναι [3] λέγονται· καὶ δὴ πρὸς τὴν θυσίαν ταύτην [4] βασιλέα καθιστᾶσιν ἄνδρα νέον Πριηνέα, τὸν τῶν ἱερῶν ἐπιμελησόμενον. Τεκμηριοῦνται δ' ἔτι μᾶλλον τὸ προκείμενον ἐκ τῶν περὶ τὸ ταύρου πεφρασμένων· τότε γὰρ νομίζουσι καλλιερεῖν περὶ τὴν θυσίαν ταύτην Ἴωνες, ὅταν θυόμενος ὁ ταῦρος μυκήσηται. Οἱ δ' ἀντιλέγοντες μεταφέρουσιν εἰς τὴν Ἑλίκην τὰ λεχθέντα τεκμήρια περὶ τὸ ταύρου καὶ τῆς θυσίας· ὡς ἐκεῖ νενομισμένων τούτων, καὶ τῷ ποιητῇ παραβάλλοντος

T 3 τὰ

1) Ven. vitiose νεώτερον.
2) Inserui τῆς ex Mosc.
3) Vatic. Paris. Ven. λέγεται.
4) Excidit hoc verbum in Mosc. Idem mox παρὰ pro περὶ. Contra post περιβάλλοντος.

Efflans ille animam, mugitum fistulis alte:
Qualem mugitum, trahitur cum taurus ad aras,
Cum rex placandus forte est Heliconius, edit.

Coniecturaque colligunt, posteriorem deductione Ionicae coloniae fuisse poëtam, utpote qui Panionici sacrificii faciat mentionem, quod in agro Prienensi Iones Neptuno conficiunt; quando et Prienenses ab Helica se ortos aiunt, et isti sacrificio rex sacrorum procuraturus id negotii creatur iuvenis Prienensis. Augetque iis coniecturae fidem id, quod de tauro dicitur: tum enim se perlitare eo sacrificio Iones putant, cum taurus inter operandum mugit. Qui impugnant, illud de tauro argumentum ad Helicen transferunt ac de sacrificio: ibi ista ita fuisse statuta, indeque petitam a poëta comparatio-

Achaia. τὰ ἐκεῖ συντελέμενα. [5] Κατεκλύσθη δὲ Ἑλίκη δυσὶν ἔτεσι πρὸ τῶν Λευκτρικῶν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδεῖν [6] φησι τὸν τόπον, καὶ τοὺς [7] πορθμέας λέγειν, ὡς ἐν τῷ πόρῳ ὀρθὸς ἑστήκει Ποσειδῶν χάλκεος, ἔχων ἱππόκαμπον ἐν τῇ χειρὶ, κίνδυνον φέροντα τοῖς δικτυεῦσιν. Ἡρακλείδης δέ φησι, [8] καθ' αὐτὸν γενέσθαι τὸ πάθος νύκτωρ, δώδεκα σταδίους
p 385. [9] διεχούσης τῆς πόλεως ἀπὸ θαλάσσης, καὶ τούτου τοῦ χωρίου παντὸς σὺν τῇ πόλει καλυφθέντος· διὸ χι-

5) Mss. Caſaubonn. κατεκλύθη. Illud hic unice verum eſt, ut ſeqq. docent. Pro δὲ Moſc. δ' ἡ, Pariſ. δὲ, idemque poſt habet πρὸ τῶν Λευκτρικῶν.

6) Pariſ. Moſcov. φασὶ, uti contra in Pauſania 2, 27, 4. et alibi, de quo Sylburg. e: Kuhn. ad eundem p. 173. et 426. et interpretes ad Plutarch. in Sulla c. 27. Sed et utriusque commiſtio paſſim in noſtro obſervatur.

7) Pariſ. πορθμέας λέγει. Poſterius etiam ferunt edd. ante Caſaubonum. At λέγειν requirit nexus.

8) Moſc. κατ' αὐτὸν, Aldus καθ' αὐτὸ, Hopper. κατ' αὐτὸ, Xyl. κατ' αὐτόν. Ita nempe vel potius καθ' αὐτὸν emendabat etiam in notis. Poſterius velut aptius et a Caſaubono poſitum probant alii codices.

9) Pariſ. Moſc. ἰχούσης, ille etiam antea τάδια.

rationem dicentes. Sane biennio ante Leuctricam pugnam abſorpta eſt Helice. Eratoſthenes ſe locum vidiſſe affirmat, ac nautas pro certo dixiſſe, eo in traiectu ſtetiſſe Neptunum aereum retectum, manu hippocampum tenentem, periculoſum piſcatoribus. Heraclides ſua aetate ait eam accidiſſe calamitatem noctu, urbe XII ſtadiis a mari diſſita, et loco eo toto cum ipſa urbe aquis ob-

χιλίους δὲ [12] παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πεμφθέντας, ἀνε- Achaia.
λέσθαι μὲν τοὺς νεκρεὺς [13] μὴ δύνασθαι· τοῖς δ' ὁμό-
ροις νεῖμαι τὴν χώραν· συμβῆναι δὲ τὸ πάθος κατὰ
μῆνιν Ποσειδῶνος· τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἑλίκης ἐκπεσόν-
τας Ἴωνας αἰτεῖν πέμψαντας παρὰ τῶν Ἑλικέων,
μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τὸ Ποσειδῶνος· εἰ δὲ μὴ, τοῦ
γε ἱεροῦ τὴν ἀφίδρυσιν· [14] ὑ δόντων δὲ, πέμψαι πρὸς τὸ
κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν· τῶν δὲ ψηφισαμένων, οὐδ' [15] ὡς
ὑπακοῦσαι· τῷ δ' ἑξῆς χειμῶνι συμβῆναι τὸ πάθος·
τοὺς δ' Ἀχαιοὺς ὕστερον δοῦναι [16] τοῖς Ἴωσι τὴν ἀφί-
δρυσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ ἄλλης Ἑλίκης μέμνηται
Θετταλικῆς.

12) Mosc. περὶ, ut supra et alibi codices frequenter. Paullo post ante verba τῶν Ἑλικέων inter utramque particulam idem pendet.

13) Hinc ad τοὺς γὰρ ἐκ τῆς omnia desunt in Paris.

14) Venet. retracto ὑ inde fecit δ' ὄντων. Post Hopper, Xyl. πρὸς τὸν κοινόν. Male.

15) Pro ὡς dedi cum Mosc. uti et in hoc nexu prosaici ponunt.

16) Mosc. alio ordine τὴν ἀφίδρυσιν τοῖς Ἴωσι.

obruto: ac CIↃ CIↃ hominum ab Achaeis missa, cadavera recuperare non potuisse, finitimis vero agrum divisisse. Evenisse Helicensibus ob iram Neptuni. Nam Iones, qui Helica exciderant, missis legatis petiisse ab Helicensibus, praecipue quidem simulacrum Neptuni: sin vero id non impetrarent, saltem formam templi ad imitationem Helicensis condendi: cumque nihil obtinerent, idem a tota republica Achaeorum petivisse. Quae cum petitionem eorum decreto suo probavisset, Helicenses ne sic quidem obsequentes, insequenti continuo hyeme ita fuisse multatos: Achaeos postmodo Ionibus templi condendi formam tradidisse. Hesiodus etiam alius meminit Helices Thessalicae.

§. 3.

Achaia.

§. 3.

[1] Εἴκοσι μὲν δὴ ἔτη διετέλεσαν γραμματέα κοινὸν ἔχοντες καὶ στρατηγοὺς δύο κατ' ἐνιαυτὸν οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ κοινοβούλιον εἰς ἕνα τόπον συνήγετο αὐτοῖς, ἐκαλεῖτο δὲ [2] Ἀρνάειον, ἐν ᾧ τὰ κοινὰ ἐχρημάτιζον καὶ οὗτοι καὶ [3] οἱ Ἴωνες πρότερον· εἶτα ἔδοξεν ἕνα [4] χειροτο-

1) Casaubonus ex Polybio 2, 43. in. legendum censet: Εἴκοσι μὲν δὴ καὶ πέντε, cui adsentitur Schweighaeuserus. Ita quidem videtur, ni maiorem numerum summatim ponere voluit.

2) Haeret cum Xylandro Casaubonus, utrum rectius Ἀρνάειον, ut hic, an Ἀλιάειον, uti pag. 387., legatur. Schweighaeuser. ex Polybio 5, 93, 10. in utroque loco emendat Ὁμάριον. Vid. Vol. 5. p. 436. ad 2, 39, 6. Casaubonus contra, qui Polybii illum locum non praeteriit, tria diversa eiusdem loci nomina ferri dicit, cuius verum lateat. Kuhnius tamen ad Pausan. 7, 7. in. p. 538. genuinum nomen adscito Polybii loco existimat fuisse Ὁμόριον, (etsi scripsit Ὁμάριον) quod diserte Polybius tradat, Crotoniatas, Sybaritas et Cauloniatas formam reipublicae Achaicae imitatos esse, primum in eo, quod Διὸς Ὁμορίου κοινὸν ἱερὸν καὶ τόπον κατέδειξαν, ἐν ᾧ τάς τε συνόδους καὶ τὰ διαβούλια συνετέλουν, quod intelligi non posset, nisi Achaei et nomen loci idem et eadem loco congrua iam ante habuissent. Hic tamen omnes codices pertinaciter vulgatae lectioni inhaerent; tantum mutato accentu pro Ἀρναείου Mosc. Ἀρνάριον, quod recepi; ipsum nomen, cum in ambiguo pendeat, intactum reliqui.

3) Abest articulus in Mosc. et pro εἶτα Paris. dat εἶτ'.

4) Casaubonus. Venet. χειροτονηθῆναι.

§. 3.

Enimvero Achaei per XX continenter annos communem habuere scribam, et duos quotannis praetores, senatusque eorum communis unum in locum coibat, qui locus Arnarium dicebatur, ubi publicis de negotiis deliberabant, sicut et Iones ante: postea placuit unico uti

τονεῖσθαι στρατηγόν. Ἄρατος δὲ στρατηγήσας, ἀφεί- Achaia.
λετο Ἀντίγονον τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ τὴν πόλιν τοῖς
Ἀχαιοῖς προσέθηκε, καθάπερ καὶ τὴν πατρίδα· [5] προσελάβετο δὲ καὶ Μεγαρέας· καὶ τὰς παρ' ἑκά-
στοις τυραννίδας [6] καταλύων, Ἀχαιοὺς ἐποίει τοὺς
ἐλευθερωθέντας· καὶ μετ' [7] ὀλίγα. [8] τὴν Πελοπόννη-
σον [9] ἠλευθέρωσε τῶν τυραννίδων· ὥστε καὶ Ἄργος,
καὶ [10] Ἑρμιῶν, καὶ Φλιοῦς, καὶ [11] Μεγαλόπολις ἡ

T 5 με-

5) Paris. προσείλαβε. Sic initio huius libri et alibi utrumque genus mutatur. Hic vulgatum bene habet.

6) Mss. Casaubonn. Paris. κατ' ἀλλήλων. Utramque lectionem adposuit Mosc.

7) Vatic. ὀλίγον.

8) Vatic. Paris. Mosc. cum Aldo et Hoppero τὴν δὲ, quae particula, etsi frequentat noster, molesta tamen hic est.

9) Prave Aldus, Hopper. Xylander ἠλευθέρωσε.

10) Mss. Casaubonn. Ἑρμιώνην, Gem. Pletho Ἑρμιόνη. Omnes tres formas illas in usu fuisse docet Stephanus et ad eum Holsten. p. 116. etsi hic propter numos praeferat Ἑρμιὼν murato sic accentu pro Ἑρμίων, et Ἑρμιόνη. Sic Δαμὼν et Δαμόνη. Numos tamen etiam recenset Rasche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 236. in quibus o adparet, quam quidem literam usus auctorum stabilisse videtur. Equidem reliqui Ἑρμιὼν cum in hac forma reliqui libri consentiant, tantum accentu in ultimam proiecto, qua sede stabat supra p. 374. in. Ceterum eodem modo inter Ἑρμιὼν et Ἑρμιόνη fluctuantur Mss. apud Herodot. 8, 73.

nti praetore. Quem magistratum cum gereret Aratus, Antigono Acrocorinthum ademit, Corinthumque, sicut et patriam suam, Achaeis adiecit, adiunctis etiam Megarensibus, et per urbes destructis tyrannidibus, liberatos Achaica inseruit corpori: paulo post Peloponnesum quoque tyrannis liberavit, ita ut Achaeis se coniungerent Argos, Hermion, Phlius, et maxima Arcadiae urbium Megalopolis: eoque tem-

Achaia. μεγίστη τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ [12] προσετέθη τοῖς Ἀχαιοῖς, ὅτε δὴ καὶ πλεῖστον [13] ηὐξηντο. Ἦν δ' ὁ καιρὸς, ἡνίκα Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους ἐκ τῆς Σικελίας ἐκβαλόντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς [14] περὶ τὸν Πάδον Γαλάτας. Μέχρι δὲ τῆς Φιλοποίμενος στρατηγίας συμμείναντες ἱκανῶς οἱ Ἀχαιοὶ, διελύθησαν κατ' ὀλίγον, ἤδη Ῥωμαίων ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν, καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἑκάστοις χρωμένων, ἀλλὰ τοὺς μὲν συνέχειν, τοὺς δὲ καταλύειν βουλομένων. Εἶτα [15] λέγει αἰτίαν τῆ

11) Mosc. μεγάλη πόλις. Paris. μεγίστη πόλις. Cf. supra ad p. 360. et passim in Polybio.

12) Ald. προσετίθη. Hopper. Xyl. προσετίθει.

13) Casaubonn. αὔξηντω, ut Herodotus 1, 58. αὔξητω, et αὐξάνεσι noster lib. 7. p. 327.

14) Ita mei codices, sed Casaubonus ex suis notat περὶ. Prius in hoc nexu suffragante usu praestat, etsi περὶ etiam de vicinia propiori et artiori dicitur, ut περὶ latiorem ambitum innuit. Cf. de hoc commutatione p. 380. et saepe alibi. Ita vero p. 386 οἱ οἰκοῦντες περὶ τὸν Λιγυστικὸν, et similia, atque ipsum hoc, οἱ περὶ Πάδον Γαλάται aliquoties lib. 6. p. 287.

15) Quis? Asterisco igitur adlevit Xylander. Adparet hic plura excidisse, quorum ne vestigium quidem in libris nostris conspicitur. Casaubonus Polybium hic latere putet, si eandem causam, quae hic subiicitur, adferat. Penzelius, ut loci integritatem vindicaret, interrogatione tacita sensum exposuit sic fere: Si quis quaesierit, cur — hoc habeto — At hanc inversionem Graeci ignorant.

tempore maxima fecit incrementa foedus Achaicum. Fuit hoc ea tempestate, qua Romani eiectis e Sicilia Carthaginiensibus expeditionem fecerunt in Gallos circa Padum degentes. Sed Achaeorum corpus usque ad Philopoemenis praeturam cum cohaesisset, paulatim inde dissipatum est, Romanis iam tota Graecia potitis, neque eodem modo omnes tractantibus, cum alias respublicas conservare, alias dissicere studerent. Addit deinde cau-

τῷ [16] ἐμπλατύνεσθαι τοῖς περὶ Ἀχαιῶν λόγοις, [17] τὸ Achaia.
ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθέντας, ὡς καὶ Λακεδαιμονίους [18] ὑπερβαλέσθαι μὴ [19] ἀξίως γνωρίζεσθαι.

§. 4.

Ἡ δὲ τάξις τῶν τόπων, οὓς κατῴκουν, εἰς δώδεκα μέρη [1] διῃρημένη, τοιαύτη τις ἐστι. Μετὰ Σικυῶνα

16) Mss. Caſaubonn. et Venet. ἐκπλατύνεσθαι. Illud ad nexum accommodatius. Poſt Pariſ. παρά.

17) In Moſc. ſuperſcriptum legitur ὅτι, nempe ut ortius connecteret. Nam etſi infinitivus ſubiicitur, notum tamen eſt, eum etiam in hoc nexu paſſim reperiri, de quo prolixius diſſerit Schweighaeuſer. ad Polyb. 1, 4. in. Cf. ſupra ad p. 351. At bene et uſitate omnia procedunt, ſi τὸ ad αἰτίαν refers, cuius eſt explicatio.

18) Ita diſerte notatum habui ex Pariſ. et Moſc. uti et legitur in editionibus ab Hoppero ad Caſauboni priorem. Poſterior vitioſe invexerat ὑπερβαλλέσθαι. Aldus quidem melius ὑπερβάλλεσθαι.

19) Vulgo ἀξίως. *Tz.* Non dubito, quin ſcripſerit Strabo μὴ ἀναξίως: cauſam, inquit, affert prolixioris de Achaeis ſermonis: quod crediderit, μὴ ἀναξίως γνωρίζεσθαι, ſed digniſſimos, qui ab omnibus noſcerentur, τὰς ἐπὶ τοσ. etc. *Caſaubonus.* Expeditior eſt ratio, quam et vulgata lectio et nexus ipſe lubentius excipiunt, ſi cum Tyrwhitto legatur ἀξίως. Quod cum adeo Vatic. Pariſ. et Moſcov. comprobent, ſine mora admiſi.

1) Mss. Caſaubonn. Moſc. Gem. Pletho διῃρημένοι. Rectius tamen alterum alii.

cauſam, cur latius de Achaeis ſibi differendum putaverit: nimirum quod, qui eo potentiae gloriaeque pervenerint, ut etiam Lacedaemoniis antecellerent, non ſatis digne innotuerint.

§. 4.

Ordo locorum, quos Achaei habitabant, hic eſt. Poſt Si-

Achaia. κυῶνα [2] Πελλήνη κεῖται· εἶτα [3] Αἴγειρα· δευτέρα· τρίτη Αἰγαὶ, Ποσειδῶνος ἱερὸν [4] ἔχουσα· τετάρτη, [5] Βοῦρα· μετ' αὐτὴν Ἑλίκη, εἰς ἣν [6] καταπεφύγεισαν

2) Ald. Hopper. Πελλήνη. Xyland. Πελλήνη, quod in Πελλήνῃ mutavit Caſaubonus, et admiſto vitio ed. Amſtel. in Πελλάνα. Cf. et Caſaubon. ad Athen. 6, 6. p. 258. ubi etiam de diſcrimine uſu harum earum monetur. Πελλήνη probant codices cum Guarino et Euſtathio ad Homer. Il. 2, 574. p. m. 220. ſ. 292. ubi hic locus inde a Σικυὼν ad εἶτα Δύμη repetitur, et Πελλήνη haec a Πελλήνῃ Thraciae diſerte diſtinguitur, uti a Schol. Apollonii ad 1, 177. Cf. et Herodot. 1, 145. quem noſter hic aperte refert, Pauſan. 7, 26. — Omnino hoc nomen in utramque ſaepe formam agitur, in primis ubi nexus nihil certi definit. Sed vid. Eſchenbach. et Gesner. ad Orph. v. 464. Ducker. ad Thucyd. 4, 120. Weſſeling. ad Diodor. 19, 52. Heyne ad Apollodor. p. 70.

3) Sic Pariſ. Moſc. hic et poſt et ex hoc loco Euſtathius ad Homer. c. l. Atque ita in noſtro paullo inferius p. 386. ſcriptum legitur, quod etiam probant Pollux ad Euſtathium Tom. 2. p. 616. et Weſſeling. ad Hieroclis Synecdem. p. 646. ubi vulgo per υ. Accedit literarum ſeries in Stephano. Denique ſuffragantur etiam alii auctores, in quibus Polybius aliquoties, Pauſan. 7, 26. Ptolemaeus 3, 16. Vulgo hic antea Αἴγιρα.

4) Moſc. ἴχυσαι. Alii ἴχυσα, ut cohaereat cum τρίτη. Vel eſt ſyntheſis, ut Μυκῆναι — ἡγησαμένη apud Pauſan. 8, 33. in. et apud alios paſſim.

5) Sic pro Βύρα dedi, uti fertur in Herodoto c. l. Callimacho in Del. v. 102. Stephano h. v. infra etiam in noſtro. Utrumque editur in Pauſania 7, 6. in. et 25, 5. et apud Polybium 2, 41, 8. in contextu et notis Schweighaeuſeri.

6) Mss. Caſaubonn. κατέφυγον, forte ex Herodoto c. l. qui hoc

Sicyonem Pellene eſt ſita, habent Neptuni, quarta Bura: poſt hanc eſt Helice, quo Ioues confugerunt pu-

σαν Ἴωνες, μάχῃ κρατηθέντες ὑπ' Ἀχαιῶν· καὶ τὸ Achaia.
τελευταῖον ἐξέπεσον ἐνθένδε· μετὰ δὲ Ἑλίκην Αἴγιον,
καὶ [7] Ῥύπες, καὶ Πατρεῖς, καὶ Φαρεῖς· εἶτ' Ὤλε- p. 386.
νος, παρ' ὃν ποταμὸς [8] μέγας Μέλας· εἶτα Δύμη
καὶ

hoc tempore utitur. In vulgato tamen conſentiunt mei omnes, quod poſitum eſt pro κατεπεφεύγεσαν, uti ſaepe fieri docuerunt Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 19. et quos inſuper produxit Fiſcherus ad Welleri Grammat. P. 2. p. 317.

7) Moſc. hic et infra mutato circumflexo Ῥύπες, uti eſt apud Herodot. c. l. Pauſan. 7, 6. in. Stephanum h. v. Etymol. M. ſ. v. Ἄρυπες. Ita γρύπες in Herodoto 4, 13. et 27. Cteſia in Ind. c. 12. γρῦπες in Pauſania 1, 24, 5. ſq. Aelian. H. An. 4, 27. Sic γῦπες et γύπες in auctoribus obiicitur, etſi Homerus producit τὸ υ. In qua inconſtantia etſi penultima circumflexum ferre videatur, ſecutus tamen ſum Moſc. codicem et auctorum exempla, quae Aeſchyli loco infra adpoſito probantur. Caſaubonus ſibi non conſtat. Euſtathius hoc nomen omiſit, uti poſt Φαρεῖς.

8) Videtur μέγας a Μέλας eſſe inculcatum, vixque puto, magnum fuiſſe aut nobilem fluvium. Euſtathius omiſit prorſus citans hunc locum Il. β. 570. [574.] *Xylander.* Sic legit Euſtathius quoque locum integrum deſcribens edit. Baſil. p. 220. Nam Xylander neſcio quare hoc neget, niſi fortaſſe aliter habet illum locum Romana editio, [at non habet aliter] quae mihi, cum haec ſcriberem, non erat ad manum. Ego ſane in nomine huius fluvii vehementer haereo. *Pirus* enim vocatur ab Herodoto, [1, 145.] unde locum integrum ſumſit noſter, et Pauſania 7, 18. in. non *Melas.* Sic Herodotus 1, 145. de Oleno: ἐν τῷ Πείρος ποταμὸς μέγας ῥέει, quo ex loco intelligimus, non fuiſſe, cur de voce μέγας ita ſe torqueret Xylander, quando etiam Herodotus eam agnoſcit. Melanem ta-

pugna ab Achaeis victi, indeque tandem ſunt eiecti: poſt Helicen eſt Aegium, Rhypenſes, Patrenſes, Pharenſes: tum Olenus, et ad eam Melas fluvius magnus: poſt Dyme

Achaia. καὶ Τριταιεῖς. Οἱ μὲν οὖν Ἴωνες κωμηδὸν [9] ᾤκουν, οἱ δ' Ἀχαιοὶ πόλεις ἔκτισαν, ὧν εἴς τινας ὕστερον συνῴκισαν, καὶ ἐκ τῶν [10] ἄλλων μερίδων ἐνίας· καθάπερ τὰς Αἰγὰς εἰς [11] Αἴγειραν· Αἰγαῖοι δ' ἐλέγοντο οἱ ἐνοικοῦντες· Ὤλενον δὲ εἰς Δύμην. Δείκνυται δ' [12] ἴχνος μεταξὺ [13] Πατρῶν καὶ Δύμης τῆ παλαιᾷ τῶν Ὠλενίων [14] κτίσματος· αὐτῆ δὲ καὶ [15] τὸ τῆ Ἀσκλη-

tamen in iſto tractu nominant alii quoque, ut Dionyſius Afer [v. 416.] et Callimachus [in Iov. v. 23.]. *Caſaubonus.* An bene hic Μέλας dictus fuerit, ſe haud ſcire monet etiam Weſſeling. ad Herodotum. Libri tamen omnes cum Euſtathio hoc nomen tuentur, et certe Arcadiae talem fluvium memorant auctores a Caſaubono producti. Tum *Pirum* bene novit etiam noſter, uti docet narratio ſuperior p. 342. ubi alio nomine *Teutheam* vocatum addit. Forte et hoc nomen promiſcue geſſit ex coniunctione ſingulorum in unum, et ex Arcadia delapſus in Pirum manavit. Anvillius in tabulis Geographicis utrumque nomen adpoſuit. Sed cf. in primis Plutarchus in Sulla c. 20.

9) Pariſ. neſcio quid meditans ὤικουν.

10) Gem. Pletho ἄλλων ἐνίας ὕστερον. Vox μερίδων deeſt etiam in Ven.

11) Vulgo Λίγειραν, de quo ſupra.

12) Mss. Caſaubonn. Pariſ. cum Euſtathio ad Homer. Il. β. 617. p. m. 230. ἴχνη, uti poſt in ipſo Strabone. Moſc. ἴχν. (ſic.)

13) Pariſ. inverſo ordine Δύμης καὶ Πατρῶν.

14) Pariſ. Moſc. κτίσματα.

15) Inſcrui τὸ ante τῆ ex Pariſ. Moſc. et Ven.

Dyme et Tritaeenſes. Ac lones quidem per vicos habitaverunt: Achaei urbes condiderunt, in quarum quasdam poſtmodo traduxerunt aliarum partium incolas: ſicut Aegae Aegiram ſunt translatae, civibus Aegaeis appellatis, et Olenus Dymam. Et quidem inter Patras ac Dymen veſtigia monſtrantur antiquae Oleniorum habitationis: ibidemque nobile Aeſculapii templum,

Ἀσκληπιῷ ἱερὸν ἐπίσημον, Δύμης μὲν [16] ἀπέχον Achaia.
τεσσαράκοντα [17] σταδίους, Πατρῶν δὲ ὀγδοήκοντα. Ὁμώνυμοι δ' εἰσὶ ταῖς μὲν Αἰγαῖς ταύταις αἱ ἐν Εὐβοίᾳ· [18] τῷ δὲ Ὠλένῳ τὸ ἐν [19] Αἰτωλίᾳ κτίσμα, καὶ αὐτὸ ἴχνη σῴζον μόνον. Ὁ δὲ ποιητὴς τῆ μὲν ἐν Ἀχαΐᾳ Ὠλένου οὐ μέμνηται· ὥσπερ οὐδ' ἄλλων πλειόνων τῶν [20] περὶ τὸν Αἰγιαλὸν οἰκούντων· ἀλλὰ κοινότερον [21] λέγει·

Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.
Τῇ δ' [22] Αἰτωλικοῦ μέμνηται, ὅταν φῇ·

Οἱ Πλευρῶν' ἐνέμοντο καὶ Ὤλενον.

Τὰς [23] Αἰγὰς δὲ ἀμφοτέρας λέγει· τὴν μὲν Ἀχαϊκὴν, Οἱ

16) Ven. Pariſ. ἀπέχει. At concinniori nexu ἀπέχον.

17) Pariſ. τάδια. Notum.

18) Gem. Pletho τῷ δ' ἐν Ὠλένῃ, Pariſ. τῷ δ' Ὠλένῃ.

19) Pariſ. Αἰτωλῷ.

20) Pariſ. περὶ, ut ſupra, et alibi ſexcenties. Moſc. τῶν Αἰγ. et ſupra τὸν Αἰγ.

21) Sic Caſaubonn. Ven. Pariſ. quod in hac obpoſitione melius cenſeo. Moſc. λέ. Vulgo λέγων.

22) Pariſ. Αἰτωλῷ. Poſt cum Moſc. in verſu Homerico neglexit οἵ.

23) Pariſ. Moſc. δ' Αἰγάς.

plum, Dyme XL, Patris XXC ſtadiis diſtans. Harum Aegarum cognomines ſunt in Euboea Aegae: et idem cum Oleno nomen geſſit in Aetolia conditum oppidum, cuius tantum rudera ſuperſunt. Homerus Achaicae Oleni non meminit, ſicut et aliorum ad litus (Aegialum inde regioni nomen fecerunt) habitantium. Sed communi hoc omnes dicto complectitur,

Litus et Aegiali totum ſpatioſam Helicenque.

Aetolici autem Oleni mentionem facit:

Qui Pleuronem habuere, atque Olenon. —

Aegas ambas refert: Achaicam urbem hic,

Qui

Achaia. Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι.
Ὅταν δὲ φῇ·
Αἰγὰς, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ [24] δώματα βένθεσι λίμνης.
Ἔνθ' ἵππους [25] ἔστησε Ποσειδάων·
βέλτιον δέχεσθαι τὰς ἐν Εὐβοίᾳ· ἀφ' ὧν εἰκὸς καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον [26] λεχθῆναι· ἐκεῖ δὲ [27] καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἡ πραγματεία πεποίηται, ἡ περὶ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον. Πρὸς δὲ ταῖς [28] Ἀχαϊκαῖς Αἰγαῖς ὁ [29] Κρᾶθις ῥεῖ ποταμὸς, ἐκ [30] δυοῖν ποταμῶν αὐξόμενος,

24) Ald. Hopper. βένθεσι δώματα.

25) Moſcov. ἔστεσαν et ſupra ἔστησεν.

26) Ita dedi pro κληθῆναι, quod debetur Aldo, praecipientibus codicibus meis et Caſaubonn. quibus adſentitur etiam Euſtathius ad Homer. Il. 8, 203. p. m. 993. Eodem modo alibi hoc verbum uſurpat et ſupra p. 360. E.

27) Deeſt in Pariſ. et Moſc.

28) Αἰγαῖς ſubnectunt Ven. Pariſ. Moſc. Vatic. Gem. Plethо cum Guarino, Aldo, Hoppero. Legiſſe etiam videtur Euſtathius c. l. Primus ſive incuria ſive conſulto omiſit Xylander. Equidem tot vocibus conclamantibus reſtitui.

29) Circumflexo ſignavi cum Moſc. Euſtathio ad Homer. Il. 2, 536. p. m. 211. Herodoto 1, 145. aliisque, etſi parum ſibi in Pauſania libri conſtant, et Κράθις cognominis Italiae fluvius ſcribitur in Strabone lib. 6. p. 263. Xylander vitioſe hic dedit Κρᾶθις, recte tamen poſt. Aldus Κράθις et Κρᾶθις.

Qui tibi dona Helicenque et ad Aegas munera portant.

Cum vero dicit,

Aegas, qua ſtagni domus illi condita in imo eſt,
Hic Neptunus equos ſtatuit:

praeſtat Euboicas intelligere, a quibus probabile eſt Aegaeum mare fuiſſe appellatum: atque ibi fingitur rem geſſiſſe bello Troiano Neptunus. Ad Achaicas porro Aegas fluvius eſt Crathis, qui ex duobus fluminibus

μενος, ἀπὸ τῦ [31] κίρνασθαι τὴν ὀνομασίαν ἔχων· ἀφ' ὧ καὶ ὁ ἐν Ἰταλίᾳ Κρᾶθις. Achaia.

§. 5.

Ἑκάστη δὲ τῶν δώδεκα μερίδων ἐκ δήμων συνεστήκει ἑπτὰ καὶ ὀκτώ· τοσῦτον εὐανδρεῖν τὴν χώραν συνέβαινεν. Ἔστι δ' ἡ Πελλήνη [1] στάδια ἑξήκοντα [2] τῆς θαλάττης ὑπερκειμένη, φρούριον ἐρυμνόν. Ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ ἄθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς [3] ἀγῶσι· κεῖται δὲ με-

30) Moſcov. ex more δυοῖν. Ita utrumque adferunt libri in Diodoro 1, 38. 2, 48. et ſaepe alibi. Vid. Weſſel. ad Diodor. 1, 28. et quae ſupra notavi ad Strabon. p. 356. Pariſ. ſubiicit ποταμοῖν, quam formam noſter non reſpuit, uti δυοῖν vel δυεῖν ἐρεῖν c. l.

31) Moſc. diſiectis literis κρίνασθαι.

1) Caſaubonn. σταδίοις. Gem. Pletho σταδίως. Pariſ. σταδίων. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 574. p. m. 220. hinc repetit στάδια, quod et exhibent cum Vatic. et Moſc. omnes editiones. Eadem in ſimili nexu caſuum variatio obſervatur lib. 7. p. 310. lib. 8. p. 382. 388. et alibi. Cf. Caſaubon. ad lib. 8. p. 314. ubi praefert accuſativum. Uſitate ſic noſter modo dativum modo accuſativum adiungit vel addita vel omiſſa praepoſitione.

2) Pariſ. Moſc. τῇ θαλάττῃ, uti paullo poſt. In Moſc. tamen hic ſuperſcriptum erat τῆς θαλάττης, quod unice verum eſt.

3) Euſtathius c. l. ſuo arbitrio praeponit ἐπεί, et pro καὶ ἄθλα profert ἔπαθλα. Antea Moſcov. ὄθι, forte ad molliendum ſonum, ut ἐπεῖθε et ſimilia paſſim notantur eadem de cauſa.

bus auctus, a permixtione ſeu temperatione nomen habet: ut et Italiae Crathis.

§. 5.

Quaevis autem Achaicarum duodecim portionum curiis ſeu populis conſtitit VII, aut etiam IIX: adeo contigit abundare viris eam regionem. Pellene ſtadiis a mari LX diſtat, caſtellum munitum. Eſt et pagus Pellene inter Aegium et Pellenen, unde nomen Pelleni-

Achaia. μεταξὺ [4] Αἰγίου καὶ Πελλήνης· τὰ δὲ [5] Πέλλανα [6] ἕτερα τούτων ἐστὶ Λακωνικὸν χωρίον, ὡς πρὸς τὴν [7] Μεγαλοπολῖτιν νεῦον. Αἴγειρα δὲ ἐπὶ βουνῷ κεῖται. Βῶ-

4) Casaubonn. Αἰγῶν et Αἰγίου. Ex meis Vatic. Paris. Mosc. Αἰγαίου. Gem. Pletho, Ven. Αἰγίου. Guarinus reddidit *Egas.* Αἰγαίων, quod invexit Aldus, stare nequit. Inter Αἰγῶν vero et Αἰγίου iudicium suspensum haereat. Αἰγοῦ utique ex serie etiam urbium supra recensitarum propius intervallum constituit; ad Αἴγιον plerique inclinant codices, etsi est remotius. Forte tamen hoc maluit ponere, quod Aegae incolis nudatae erant. Visum sic est plerisque codicibus obsequi.

5) Medic. Mosc. Πέλλανα, et sic Guarinus *Pellana*; alii cum editionibus Πέλανα. Prior scriptura firmatur etiam Pausania 3, 21, 2. sed feminino genere, quo in aliis occurrit, quare de neutro dubitat Schweighaeuserus ad Polyb. 4, 81, 7. Equidem duplex λ praetuli, quia ex Dorismo, quo utebantur Lacones, in communi dialecto est Πελλήνη, uti multa loca docent, et viri docti ad Stephanum h. v. Polybium c. l. et ad Diodor. 15, 67. Genus tamen intactum reliqui, quia Strabo vix videtur articulum Doricum ἁ praeposuisse, unde postea natum sit τὰ, etsi illum olim editiones in Pausaniae c. l. praeponebant. Ita vero supra p. 360. etiam τὰ Πέλανα dixit, ubi Πέλλανα scribi forte debebat.

6) Casaubonn. Gem. Pletho, Paris. Ven. ἕτερα, Vatic. ἑτέρων, edd. ἑτέρου, quod et in Mosc. fuisse videtur. Cum melius ad Πέλλανα referatur, quam ad χωρίον, praeferendum putavi ἕτερα, quod hac significatione et structura ab optimis auctoribus usurpari notum est. Sed et ita noster passim, veluti supra p. 341. in. οἱ Ἐπεῖοι ἕτεροι τῶν Ἠλείων. Cf p. 342. et alibi.

